



9277

Mag. St. Dr.

P

*claboratione
sio.*

Crac. ap. Vid. et haec. Ch. Schedel. 1658.

SATYRVS
RVDIS

DE
ELIBERATIONE
CRACOVIAE,
ET
BELLO SVECICO.



~~2250 Poetae Polon.~~

L. H. 28.

In
 Peraugusta ILLVSTRISSIMÆ & ANTIQVISSIMÆ DOMVS
 LVBOMIRSCIÆ ARMA.



*Hermus, Pactolus, Ganges, Arimapsus, Hydaspes,
 Et Padus, atq; Tagus, Rhenus, & Aurigeus.
 Ticinus, fluiusq; nitens Theodorus obryzo,
 Amnes gemmiferi quotquot in orbe fluunt.
 Clara SRENIAVA tibi cedunt; nam sola tumentes
 Hostiles fluctus comprimis, atq; fugas.
 Aurea tranquilla producis tempora Pacis,
 Et pretiosa beas munere fana DEI.
 Hunc aestus nunquam siccabit Martius amnem,
 Respicit ille polum, respicit atq; solum.*

9277. III.
 O. R. BIBLIOTHECA
 VNI. SAGELL.
 CRACOVIENSIS

Illustrissimo & Excellentissimo Dño,

**D. GEORGIO
 LVBOMIRSKI,
 COMITI IN WIŚNICZ, & IAROSŁAW,
 S. R. I. PRINCIPI,
 SVPREMO REGNI POLONIÆ
 MARESCHALCO,
 E T
 EXERCITVVM CAMPI DVCTORI,
 GENERALI MINORIS POLONIÆ,
 Scepusien. Chmielnicen. Nisinen. Olsztyn. Kazmiren. &c.
 CAPITANE O.
 DOMINO & PATRONO COLENDISSIMO.**



*D Crystallinam Gentilij Fluij SRENIAVAM
 ILLVSTRISSIME PRINCEPS, meus quoq; non
 exquisitis excultus disciplinis genius, cum intimo ta-
 men sensus, & pleno Tuæ felicitatis scientissimi pe-
 ctoris voto properavit. Ita enim sese in omnes dif-
 fundit liberalissima SRENIAVA partes, ut Musarum,
 Phœbiq; Sacerdotibus altera sit Hippocrene, vi-
 ris ad Martem natis, & altâ mente præditis immen-
 sus quidam liberalitatis Oceanus, Reipub. Polonæ pretiosus aurei torrens
 Hermi, formidabile varijs hostibus frecum, & Euripus, caterisq; non illu-
 stris fortuna, amicum omnis humanitatis, munificentia, ac benevolentia pela-
 gus. Quis profectò hospes in hoc Florentissimo Regno versatur? aut cuius au-
 res in hoc peruagato omnium sermone peregrinantur? quos Tu ILLVSTRIS-
 SIME PRINCEPS in conseruanda Reipublicæ incolumitate adhibueris conatus,
 quanta, quamq; insignia magnitudinis animi edideris exempla. Felicissima
 SRENIAVA non angustis coarctatur cancellis, sed ita amplissimos gloria, &
 virtutis explicat cursus, ut in dies maiora laudum sumat incrementa. Ro-*

(2)


man.

manæ Princeps Eloquentiæ Tullius docuit: In summo Imperatore quatuor has res inesse oportere: Scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Ita hæc omnia ad Tuum generosum confluxere animum, ut citra omnium inuidiam, iure ac merito alter Polonia Pompeius, aut Fabius possis appellari. Singula virtutum Polemicarum decora non perstrigo, non enim istius charta angustijs omnia possunt comprehendere; duo tantum quæ TE ILLUSTRIS PRINCEPS ad excelsum gloriæ promouerunt fastigium, Scientiam rei militaris, & Felicitatem industrie in agendo sociatam tacitus præterire nullo modo possum. Hausti ex Patrijs SRENIAVÆ fontibus magnum illum, & super omnia erectum animum, quem solidâ industriâ, singulari eruditione, insigni prudentiâ, variâ rerum cognitione ita instruxisti, ut in publicis Consultorum Varsaviensium congressibus alter Pericles, in Subsellij Tribunalij Iustus Aristides, in togâ Fabius, in Sago Pompeius, in consilijs dandis, & persuadendo Hercules Ogmius apparueris. Expressisti ILLUSTRIS PRINCEPS, vel dicam verius superasti in hac præclarâ muneris Imperatorij administratione Duces Lechicos, & belli directores, effinxisti ILLUSTRIS PARENTIS TVI, Magni Regni Poloniae Senatoris, & Reipublicæ Atlantis viuam imaginem, cuius illustria in Ecclesiam & Patriam merita stupet, & deprædicat orbis uniuersus. Illud gloriosissimum perennabit facinus, cum ad Hotimum, Kantimirum, eiusq; densissimas legiones fortiter impugnavit, multoties elusit Turcarum astus, & formidabilem belluam Asiaticam Karacasium Basa prostravit. Non recessisti ab orbitâ Paternâ ILLUSTRIS PRINCEPS, mox TE grauisimis ita accinxisti Martis disciplinis, ut adolescentia Tua ad Scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperijs, non offensionibus belli, sed victorijs, non exemplis sed triumphis erudita esse videretur. Spectauit in rebus bellicis Generosum Spiritum Tuum, incredibilem industriam, ac fortunam furibundus Cosacus, quem cum DUCE WISNOVICIO infracto reprexisti animo. Sensit admirabundus Scythæ robur, cuius numerosas fugasti phalanges. Non poterat Taurica Chersonesus violentos SRENIAVÆ sustinere impetus, cesserat & quodam suffusa rubore grauitè indoluerat. Inflexerat SRENIAVA vastum Bojsthenem, & frigidum septena Tanaim ora habentem, traxerat ad obsequium Regis & Regni Euxinum pontum, & liberum indomitis cursum præbuerat Gelonis. Non hic substitit ILLUSTRIS PRINCEPS Gentilitia SRENIAVA, sed quò longius recessit à fontibus, eò maiora gloriæ & honoris sumpsit augmenta. Inuadit CAROLVS GVSTAVVS Regnum Poloniae, trahit secum monstruosam variarum gentium colluuiem ex Suecis, Finnis, Germanis, Pomeranis, Scotis, Silesijs, Bohemis, Casubijs, Borussia, Vngaris, Iudeis, & Cingaribus conflatam, vastat Maiorem & Minorem Poloniam, grassatur in ipsis Regni visceribus, Ciuitates, Arces, & Tempa spoliat, ignem & ferrum uniuersis incolis minatur. Tu Clementiam DEI, Dexteritatis, Vigilantiæ, Fortunæ, & Fortitudinis Serenissimi IOANNIS CASIMIRI Polonorum Regis, Regni, Europa, & Christianitatis totius felicissimi

Assertoria

Assertoris sacrosancta vestigia, & armorum ipsius illustria imitatus Trophæa, eâ tempestate cadenti porrexisti Patriæ manum, Tu ad restinguendum incendium accurristi, etiam SRENIAVA Gothicam, & Finlandicam reprexisti violentiam, cum primò ex Arce prorumpens Luboulenfi Regiam Ciuitatem Sandecz afflictam, sublatis Suecis in veterem vindicauit libertatem? illa confederationem inter Supremos Exercituum Directores, & Nobilitatem aduersus Suecos excitauit, illa Tartaros ad ferendas Regno suppetias traxit, illa flammæ Sueticas in Minori Polonia inualescentes exstinxit. Accessisti ILLUSTRIS PRINCEPS cum Exercitu ad Regiam Urbem Cracouien. & ut Suecos subdolos hostes, legionesq; illorum inde pelleres, sedulo inuigilasti. Manserat Vrbs strictissimâ cincta obsidione 5. Mensium spatio, sicq; Militia Suecica oppressa fame fuerat, ut putridas equarum carnes auido laceraret ore, canes, coruos, & feles succensis torreret ignibus, & deficiente simila, rugientem fame ventrem fursureo pane saburraret. Inuictus, & indomitus niuis velut Annibal perseuerasti; vim frigorum, hyememq; grauisissimam, quasi in gelidissimâ desuientem Moschouâ, quam nos vix huius urbis rectis sustinimus, excepisti. Quamuis enim iure gentium omnia bella aduentante conuiescant hyeme, Tuo tamen ILLUSTRIS PRINCEPS ductu, etiam grassante brumâ acerrimi & creberrimi cum Vircio Generali conflictus erant. Iam iam ex flammâ bellorum, ac penè ex faucibus Suecorum eripuisse Cracopolim, nisi Rakocius Transyluaniae Princeps in Ditiones Regni irrupisset. Sensit ille excelsam Animi Tui ILLUSTRIS PRINCEPS magnitudinem, experta Transyluania LVBOMIRSCIANÆ cataclysmum SRENIAVÆ, tantamq; ad hoc usq; tempus Ciuitatum, & pagorum vastationem demiratur. Debet Fasci IAGELLONIO Cracopolis, vberissimam triumphorum, & liberationis messem, SRENIAVÆ LVBOMIRSCIANÆ principi pacis & otij Motrici gratitudinis tributum. Manum de tabulâ tollo, nec in laudes longius eo, robustiori, & cultiori Oratorum calamo totum reseruo. Hæc tamen meus expressit bonus affectus, & ut debitum propensionis, ac obsequiorum redderet vectigal, lubricationem nouam Augusto publicè transcripsit nomini; Satyrus ille rudis, de Liberatione Cracouie, & Bello Suecico, qui cum Tubicen, & præcentor facinororum Suecicorum esset, Erebumq; adisset, à Duce illius in cornipedem mutatus Satyrum. In Tuam ILLUSTRIS PRINCEPS ruit Candidam SRENIAVAM, & ut nidorem, ac nigrorem deponeret, natiuum, eumq; limpidissimum SRENIAVÆ exposcit candorem. Suscipies ILLUSTRIS PRINCEPS vultu sereno Nouum Opus, operisq; istius Artificem Anonymum, sed optimè notum singulari gratiâ fouebis. Me autem unâ cum Consanguineis, & Affinibus ad obsequia promptissimum, illustri proteges Auctoritate, & eximiâ, ac liberali prosequeris beneuolentiâ.

Illustrissimæ Cellitudinis Tuæ,
Humillimus Chens & Seruus,
CHRISTOPHORVS SCHEDEL,
S. R. M. Typogr. & Bibliop. Crac.



SATYRVS RVDIS,

A RMA, Boaterosq; cano, qui nobile Regnum
R abouasse ferunt; miseri: nec perfida mentis
Noscit adhuc ira infandum, & miserabile funus;

Ardua causa indigna ioco, quin marmore digna;
Sanguineum inuoluo carmen, crassumq; latinum,

Dat Ratio- nem Author quare Ma- cheronicè a- liquando scribat. Vt pote plugáwam szárpáninam omne per æuum,
Et laureám Suecorum plectant carmina tusta,
Złodzieioq; decus bello par sitq; triumphus.
Nullus adhuc Mundo, cunctis qui mentibus vsu
Vno complacuit, vario omni tempore rarus,

Sed varians Natura placet, sic omnia seruat,
Imperat, & varians fit formosissima Mater,
Versibus at liceat breuiter miscere iocosa,
Acre quidem bellum, Mors, ludos arma repellunt,
Maxima non capiunt Phœbi Parnasia nugas.

Petit Au- thor cau- sam belli. Musa mihi memores furtorum dira cupido
Quæ nam tanta fuit? siquidem exhorrescere mentes
Magnum debuerant finem, fuerit uè potentum
Szablárú pariter síubienczæ faua pámiatká
Cautior, horribilis clades, multumq; timenda.

Pluto in In- ferno spati- atur. Curru Acherontiado uetus serpentibus atris
Pompa Dæmoniadum terribili vndiq; septus
Przekáskam lustrabat Gospodarus Auerni
Immanes damnatorum discernere causas
Dum libuit, bezecznaś & superaddere mękaś
Tunc Bábá gran leuo rozno pieczona Polona
Perfida rozmáicie, zła, & czárownicá plugáwa
Intuitur Dominum, magnoquè coacta dolore
Quid párzywe patrzysz? quid skurwysynie pogáński

Anus Polona in Inferno uixatur cum Platone, & ex ipsa prin- cipium, & causa belli. Auxilium non præbes, nec misereris amicæ?
Insuper & mihi quæris acerbas addere poenas?
Hoc potuit promissa fides, Amor improbe Pluto?
Lucifer, o, Pater, & scelerum Dux pessime custos
Grata fui quondam tibi, quare me igne laceris

A

Et

Et me p̄narum scelerato tramite voluis?
 Quid mihi blanditijs, & verbis corda lucrandi.
 (Libera niuebam Mundo mente vndiquè læta)
 Artem contemerasti, & sæuam pectore fraudem?
 Insidias timuit, præuidit corq; futura,
 Perfida sed potuere magis promissa nefanda:
 Ede meas carnes, ignes Acherontidis omnes
 Adde mihi, adde, tuum spernam execrabile numen,
 Dixit, & insipiens figas illi extulit ambas.
 Dux Erebi stupefactus grandi concitus ira
 Tartareos beciasz bijciesz kijem verberat angues,
 Atquè petit penetralia flammiferi phlegetontis,
 Inferis solum se clausit sedibus imis
 Krotko pollicitus staram, & genus omne barbarum
 Karác perpetuis panis, sæuoque tridente;
 Męcabo dixit vetulam, magnumquè křopotum
 (En szalona meum strasznum zmazauit honorem)
 W Polsce dabo furta, & bellum, dabo fulmina, cades,
 Plebs mea Vandalica hæc faciet, gens impia nobis
 Subdita, gens sæclis nostro damnata furori;
 Iurauit, crudeles exarsere cometæ,
 Et stygia rabidus, latrauit Cerberus aula
 Sed duo magnianimæ nectunt certamina cælo,
 Et feriunt alis Aquilæ spatiosa minantes
 Ætheris, inuadunt rostris dirè vnguibus alis,
 Sequè diu pugnant, collapsæ ex æthere languent;
 Palma incerta cui, dum victrix vna resurgit:
 Firmant æratique typi hoc, & Prussia fida:
 Crux, gladius certant (magnum mirabile dictu)
 Versi in poma tria emittuntur Apollinis ore,
 Præcipuò hocquè typis testantur nomine testes:
 An vera, aut ficta, ehu factis connexa fuere
 Talia præiuerunt lamentabile bellum,
 Et cecinere mala immensos testanda per Annos,
 Infernorum mille acies, & millia centum
 Mittit Dæmoniorum, latronumquè cateruas
 Vandalicis subito Dux turpis lucifer oris,
 Scilicet vt possint patrios euertere Diuos,
 Et nostrum flamma, & ferro peruertere Regnum;
 Sed non diua fides timuit, virtusque POLONA,

Pluto omne
malum mi-
natur Re-
gno.

Omina belli
in Cælo.

Inuadunt
Regnum vi-
res Erebi, &
Suecorum.

Inclita

Inclita Sarmatiadum nec Gens bella Gothorum.
 Vistuleæ Nymphæ fidibus, cantuquè ciebant
 Dum propè Krakowám Willæ per littora tancas
 Ingemuere Chłopi, pauidumque tonitrua bydło
 Prodidit, Owca, Kokosz, Indyk, prosięta maluskie
 Fletum, latauerunt alta per æthera gęsi
 Pulchrior at rosa floriferos cęu pandit honores,
 Imperat agminibus florum, & rubea vnica fulget,
 Pulchrior imperitans formosis Cracea Virgo,
 Pannarum custos, & nadobnissima Panna
 Vota, preces, suspiria, deflens mittit ad auras
 Fulgentes oculos lachrymis conspersa timore
 Os roseum, timidum cor, & lætentia poma
 Fœdans auratam wżgardzat, deptatquè coronam
 Respiciens przedmieściam, fumantesquè chałupas
 Procidit in terram, & krzyczac affatur ad amnem:
 Vistula diue Parens poćiecha & sława perennis,
 Et mea, Sarmatiæ Skarb wielki, gloria nostra
 Cernis flammaram vt zpuřtoszent turbine Sueci
 Rethoricam, Clepardiam, Przedmieściam, Krowodrzumq;
 Miasta, solum, Regnum, Zamkos, Gentemq; Polonam,
 Surge Parens, consurge, vltricia pomřtua misce
 Coge tuos Proceres armis, Gentesquè potentes,
 Perpetuo vt Sueci Krzywdam tibi tradere discant
 Surrexit fluuius starecz, stetit vndiquè mokrus,
 Amplexusquè manu brodam huc, illucq; pauore
 Et gębuścienkam nazymilřzam respicit, inde
 Turbida conuertens řronas in lumina cunctas,
 Vosistos? quæ nam vndis inundatio nostris
 Flammaram? certabunt ergo flumine flammæ?
 Aut vrendus ero? an violata elementa minantur
 Mundi nunc finem? Cælo pluit igneus imber
 Totaquè miscetur violentis Cracea flammis.
 Sed quid zdrzapanos possum tot cernere pludros?
 Sueci sunt isti, horum causa incendia surgunt.
 Vndarum num vector ero, num forsitan ignis?
 Ad mare Suecorum imbrem, an cęsa cadauera ducam?
 Ad quid tot bękartcelli, fuetæquè Kobietæ
 Inuadunt Regnum? quæ Gens szarpana per arua
 Concurrat quatiens niemiesko gurgite gumna?

Nimpha
propè Cra-
couiam lu-
dentibus,
saltantibus
Vrbis obsidi-
one, Terro-
re, & incē-
dio circum-
funditur.

Nimpha
Cracensis
alloquitur
flumen Vi-
stulam.

Flumen Vi-
stula mira-
tur, & Sue-
cū minatur.

A 2

Zboycy

Zboyce, num Domini nostris contenditis armis;
 Bella pamiētabitis semper, nostrasquē Krainas:
 Dixit, & ocluso zaraz sub pectore gniewo
 In speciem liquidas conclausit marmoris vndas.

*Principium
 Belli.*

Tunc belli signum trębacze, tympana quęque,
 Martis pisczalkę insonuere Korlyquę sonori:

Ænea grassantur diro tormenta boatu,
 Moenia quassantur circum, ceu fulmina pugna
 Baccantur crebrę, dirus furit vndiquę Marsquę,
 Agmina cum turmis gladio, mucronibus, hastis

*Pugna, &
 Certamina
 in Regno.*

Certant ferro, ac igne, iacent & corpora cęsa
 Exuuię belli nudo sub vertice cęli

Pallida funereo fędat Mors sanguine terram
 Extinguit pagos & flamma, arcesquę superbas,
 Arripere fugam volucres, raptoquę profunda
 Syluarum cursu petiere ferę arma pauentes,
 Defleuerunt rura suos viduata Colonos,
 Fleuit cuncta dolens amissaquę ouilia Pastor,
 Matronę defleuerunt Vrbesquę relictas,
 Virgineumquę decus, simul ac Ecclesia Patres:
 Tristitia, terrore, nece, (ah dolor) omnia languent.

*Varſauia
 deuastatio.*

Lumina Masouię pugnas miseratus acerbas
 Condecorantis fulgentissima pergama luctu
 VARSAVIÆ cędem intuitus, ploransquę dolenda
 Æthereo gressu tenebris abscondit Apollo,
 Atquę diu celat perterrita Cinthia lucem;
 Tantum bella DEO, Naturę, intensa saluti
 Mundum, immortales Animas, & corpora vexant,

*Tubicen
 Suecus mis-
 sus ad In-
 feros.*

Interea Suecus szerocko vulnere Trębacz
 Craciadum votis Bellonę missus ab Vrbe
 Cerbereas pulsat portas & reddit inanes
 Lystos auxilium deflexo poplite profzęc;
 Concurrunt Animę belli sluchare nowinas,
 Et tacuere omnes depresso murmure diabli:
 Ille sibi dextras kęfans przekleta godzina
 Dum noga deptauit campos, dum nostra POLONOS,

*Tubicinę
 Sueci in In-
 ferno que-
 rimonia.*

lam finis belli: fat predę: amissimus, ecce
 Agmina Suecorum, ecce miser sub Tartara cerno;
 Hęc Laus, hęc lucet Regni Victoria nostri?
 Discite Magnianimi Suecorum funere Reges

Dextra,

*Narrat Tu-
 bicen Polo-
 norum de-
 xteritatem,
 consilia, vi-
 res.*

Dextra, consilio, bello, virtute POLONI
 Quid possint, non contra ipsos valere Cosacci,
 Nec Scythæ, nec socio coniuncti fœdere Mosci,
 Coniunctę Gentes, ac Brandenburgica castra,
 Fraus nostra & coniuncta, & nostra potentia quidquam;
 Sarmaticę nobiscum conspiratio Terrę,
 Auxilia, & fortis nobiscum fœdera Regni,

*Explicat ra-
 tiones, quod
 Regnum
 passum sit
 inuasiones
 Suecorum.*

Bella Cosacorum, Dacorum, cumquę Rutenis
 Septenis annis penitus fessantia Regnum
 Moscorum, detestanda istis traditio Urbis
 (Tempore perpetuo damnus, & lachrymabile factum)
 Sed Smolecensis fuit vna hęc ianua Moscis
 Grande solum Lithuanorum, & Lublinia rura
 Expugnaturis vlla formidine cędis
 At præter casus hos aulę Nobilis vnus
 Patritius Regni Magnus, qui duxit ab oris
 Trans mare nos nostris tacturos vertice cęlum
 Promittens, dominaturos & sceptrā POLONA
 Multorum in Patriam Procerum atquę rebellio turpis
 Fundamenta fuere quasi fortissima nostra:
 Sustinuisse simul tanta vllum aduersa valeret
 Imperium, potuit bello nec florida Tellus
 Lechiadum tolerare magis, ni gratia Cęli
 Sustinisset ea aduersorum fulmina tanta.

*Rationes po-
 liticę con-
 tra Regnum.*

Inuidię, cultus proprius, discordia, rixę,
 Et Regni nouitatum, auri & corrupta libido,
 Nonnullorum praua fides, ac ambitio ingens,
 Et nonnullorum populos ars cęca regendi,
 Nobilium nimia effrenata licentia, sæpę
 Quę turbat suppresso curis ordine Regnum,
 Dogmata sed falsę varia vndiquę RELIGIONIS
 Ista fuere ingressus nostri & brachia belli:
 Nec sine disidijs fas longe accedere Regno,
 Figere nec licuit nobis hosti oscula Terrę.
 Nos externorum custodes munere Patres
 Disidiorum perpetui his inuadimus omnes,
 Nam quale Imperium, quod non discordia tollat
 Istis aggredimur, reliquum perfrangit, & vrget
 Ipse dolus nobis fortunę ductor vbiquę,
 Auri sacra fames, paupertas, otia, nullum

*Natura,
 mores, &
 Factiones
 Suecorum.*

A 3

Nobile

*Rationes, ex
quibus Sue-
cia, ex bello
vitam tra-
hant.*

Nobile seu studium Phæbi, nullumquè Mineræ,
Neptumni Regnorum, nec lustratio Terræ,
Nullus mercandi labor, ac industria lucri,
Dulcis seu nulla agrorum custodia nobis,
Ac artis nulla experientia suscitât arma,
Aut potius furtum ficti sub nomine Martis:
Sævitia, ambitio, ira, dolus, mendacia, furta
Postea concurrunt, hinc dira fraude Trophea
Cultores fraudum deluso expandimus Orbe,
Nec penitus fraude hosti, & amico parcimus vlli,
Sic Regni maior cessit pars pellere demum
Nos potuit minor, ac periuras vincere mentes,

*Narrat Tu-
bicum Facti-
ones Sueco-
rum contra
Polonos.*

Intrepidus Moscos quæsiuimus, arte Cosacos;
Et quas Præcopum, & quas Transyluania Gentes
Nutrit Relligionum amplexi dogmata cuncta
Fœdere perpetuo Caluina Ariana Luthera,
Szalbierosquè Cyganos, przeklętosquè Zydones
Traximus ad nostra auxilia, & zdradziecstwa nefanda,
Armis, ingenio, auro, indefessoquè labore
Arte, dolo, vi quid num prætermisimus vltra?
Non lacerata fides valuit, latrocinia atra,
Atquè fatigata in subiectos sæua potestas,
Sanguinis humani nec carnificina cruenta

*Narrat Tu-
bicum omnia
à Suecia
Cracouia
facta ad de-
fensionem,
& conser-
uationem
Vrbis.*

Carnificumquè labor, crudele exemplar Auerni,
Quod fera latronum superat dum gratia furti
Hoc quæsitâ alibi mera sustentatio vitæ,
Aut implorata exercent stipendia Martis,
Solutur hoc prætio merces, dum latro triumphat:
Alta ducis valuit feruens vigilantia magni,
Nec noua per rynkum ipsa vagabunda aspidis instar
Accisa interimens vetulas, cunctasquè; Przekupkas:
Vltima nec rerum classes docuere librorum &
Bibliothecarum, quas perlustrauimus ante,
Non valuit satrapum magnorum rada wyborna,
Nec Gentis sanctæ exilia, aut więzienie zasosne,
Drobne Craciadæ Vrbis nec wygnania Gentis?
Non subscriptus egressus, non ingressus in Vrbem,

*Oppressiones
Suecorū in
Ciues Cra-
couienses.*

Terrens, & formidanda executia cunctis,
Mękarum Pharaonowa horrida męka grabarka,
Fletus, seruitia, & męstæ suspiria plebis,

Grózbæ;

Grozbæ, strachy, rozmaite & wołania per Vrbem,
Skleporum posupania, & rabowizna domorum,
Handlorum. Targorum, Kramorumquè zawarcia,
Mieszczaninorum nec zakazanie biegiandi,
Personarum, prowiantuum reuisia częsta,
Gospodarorum, famulorum oppressio ciężka,
Merces & raptæ, immeriti artificumquè labores,
Furtorum domibus genus insatiabile mirum,
Raycorumquè; frequens, & szpetna zawarcia Ratuszy,
Claustrorum, atquè; domorum rozwalania zasosna,
Krowarum baranorum mizerne supierstwo,
Rurum, Miasieczkarumquè; obroczenia na niwecz,
Non pretium campanarum, & spolia aurea Templi,
Templa occlusa, alti clausus cultusquè Tonantis,
Diruta Templa, & claustra æquata solo veneranda,
(Impietas Hominum, quam tellus horret & æther)

*Vrbis, & Su-
burbium de-
uastationes.*

Combusta, excisa & floræ viridaria circum
Ostatek przedmieścianum combustio dira,
Vbogich piwniczarum zawarcia przekupek,
Magnaquè iatkarum wspaniali euerfio rynki.
Nil valere dolosè formidanda subactis
Ciuibus arma repressa penatis munera Martis,
Impia Mieszczaninorum przysięga coacta,
Vrzędorum Suecorum liczba, & titulorum,
Non vary, częsti dobri, raptiquè pośiefki;

*Diligentia,
artes & sa-
ctiones Sue-
corum cum
suis militi-
bus.*

Et pugnae, cædes, prædæ, ac incendia, furta,
Munera nec bellatorum placantia corda,
Sermones, promissa, & verba volantia fumo
Baykæ rozmaite, plotki, mendacia tłuſta,
Listy, pasquile sproszne, ac mandata superba
Mercedes błażenstwę defraudantia belli,
Szalbierosquè; Viros (etenim ars sic luditur arte)
Turpi Szalbierstwem pleno carmentia ventre
Chłoporum, Procerum, Duchownorumquè; piekielna
Stacia, pospolita & populi ruszenia Kaletæ,
Quæ fuit ipsa cibus, luctus communis vbiquè
Bacchi & furatæ Cereris nec copia pinguis,
Mobilis & Cererem perfrangens petra lacertis,
Dum labor, ac industria præstant munus aquarum:

*Labores, &
victualium
defectus.*

Szkaparum pieczenie non valere bigosy,
Aestu, frigoribus turmæ, noctuquè diequè

Excubiæ,

Excubiæ, aggressus castrorum, inuasio szancum,
Rozmaity congressus sermonesquè, parole,

*Bellici ap-
paratus.*

Exploratores tot non valuere sagaces,
Mænia non fortalitys fatis aggeris aucta,
Vrbis non ædes conuersæ Martis in arces,
Feruida nec tympanorum custodia pulsu,
Nec non Vrbis tormentorum bellica classis,

*Custodia
Bellica.*

Hostes non vexilla docentia turribus altis,
Trombarum sonitus, strazne wytrabiènia trwogi,
Non vrbis dzwonorum mæsta silentia captæ,
Vartæ, Klatki rykovve, Kofatka, grabarka,
Rozmaite figle, chyrchele, chu omnia darmo
Attamen inuiti nescimus quomodo gratam
Linquimus exosi cunctis Vrbem, atq; sodales,
Nec valuit glacies, imber, nix, frigora, ventus,
Non ventris diuturna fames & turpis egestas,
Obsidione Vrbis non raptò carcere prædæ,
Martis, Bellonæ, Vvlcani maxima cura
Profuit, o, Dæmones nec solertia vestra,
Frustra fuit labor, & sumptus, spes, omnia frustra:

*Indignatio
Tubicinæ.*

Hic aduenturum Mundi per secula finem
Expectabamus, fracta est sententia nostra:
Auspicyis tantis, tantisque laboribus vlla
Pacta, neq; vlla rei concordia publica floret,
Oh labor, oh dolor; ah maior quis; dicite, nempè
Gens vna hos potuit simul extirpare labores,
Et nos ad vestras insanos pellere sedes:
Ah pudor infandus toto celebrandus in orbe,
Quis credat Virtus Procerum, an fortuna triumphet?

*Tubicenta-
cet. Diaboli
latantur.*

Tunc siluit lachrimans fixus rabie, atque pudore
Vveseli Diabli z tey, sprawy dicere cogunt
Minossus piekli slucabat Sędzia, zarazem
Et iussit sados wozno obwofare pobiedzie,
Instigator adest cíafo situs vndique gębis,

*Iudicia In-
fernalisa,
contra Sue-
cos.*

Ogonibus wielkis Iuristæ & millia centum
Pasczekis instigantes, defendere nullas
Vvpiekle licet causas vlli pod vtraczenia garli,
Inferni niski prawas, magniosquè papiros
Smiele występkorum monstrant gentis iniquæ,
Vt pote sint sprawy gorący criminis omnes

Absquè

Absquè mora, gadkiś, figlis wśzelkisque pisantum
Prędko sędzana, prosto katisquè remissæ
Piekleidis, totos rabouauere sákomi
Nam Sueci zamkos, oboras, atque Kámieńcás,
Sklepones zeláznos, pokornasquè piekárnas.
Tum petit impatiens simul an cecidere POLONI,
Et quot trux Dæmon fundens ex gutture flammæ,
Sed Tubicen tacuit suspirans pollice cœlum
Indicat hos cunctos cælesti sorte potitos;
Infremuère Dyabli, gemitumquè dedere tremendum,
Ac infernales echo ingemuère cauernæ;

*Peroratio
Authoris ad
Animas Po-
lonorum in
bello defun-
ctorum.*

ILLVSTRES ANIMÆ Sueca, quæis clade secunda
Pro CHRISTO, & PATRIA mors corpora merfa cruentat,
Dum mortem, vestrasquè coronas Tartara lugent
Flebilis haud obitus vester, nec funere dignus,
Funera siue sient non sunt lachrymanda, redempta
Pro PATRIA extinctos clamat vos Gloria viuos;
Defuncti CHRISTO Cælis obiere micantem
Lucem, his lux æterna manet, quæis sanguine cælum
Martirio diuo, empirea & quæis scanditur astra:
Non mors, quâ vobis fulgens modò vita paratur,
Nulla necis tumulo, vestræ sed causa salutis
Sculpatur, pia cælos pugna deditque beatos
Omnia vos faciens superis per sæcula tronis;
Pro tumulo erecta est vobis memoranda columna
Florentem prætendens vestro ex funere palmam:
Saluete Indigetes, cæliquè è parte sacrata
Vnanimi supremum voce rogate Tonantem,
Victricem vt PATRIAM, socialiaquè arma secundet:

*Authoris in
Suecos in-
uictiua.*

Vos tristes Animæ lachrymate Acheronte sepultæ,
Vos Sueci æternum passuri damna dolorum:
Aurea Tempia DEI (ah scelus) & combusta Potentum
Splendida tecta dolo, innocuus sanguis, sine causa
Funditus euersæ gentes, ac oppida, claustra
Iustitiam poscunt vbi Mundi est nulla potestas,
Gratia, Finis, spes, venia, immutatio nulla
Linqute iam Sueci bellum, iam linqute LECHOS,
Belligerum finis mors est, post funera luctus,
Sæuitiæ, & cædis tota est ars pessima Martis:
Cernite sueciadæ post mortem præmia vestra,

B

Iustitiæ

Iustitiæ si digna sequuntur præmia factis;
 Omnipotens tandem vestras decernere culpas
 Non prætermittet: Quid? puras dicite causas
 Cur REGNUM ex pace inuasistis? dicite corde:
Obiectio Hæc intacta fides? pacta hæc Prutena colenda?
Author in Non hostes, protecturi sed Regna petistis;
Suecos. Candida num prodest Regno protectio vestra?
 Proh scelus horrendum, impietas extrema malorum,
 Quæ fuit offensa, in quo vos pia Lechia læsit?
 Quæ fuit Imperij Romani iniuria vobis?
 Quæ fuit & Danicæ vobis iniuria Gentis?
 Vestros horrescit cineres, & sancta rubescit,
 Increpat Ausonia, & flet adhuc sua vulnera Tellus:
 Ergo licet solis gentes inuadere vobis?
 Causa, non causa Europæ & causam esse malorum?
 Vrbi num denuò, Templis, & Ciuibus alta
 Seruastis verbis, scriptis & pacta timenda?
 Frangere sed quoties, quando aut promissa tueri
 Sueciadæ vultis? Quid recta mente potestis?
 Frangite iam semper, pacta & defendite nunquam,
 Ignem conseruant vobis & Tartara semper,
 Omnipotens nunquam Cælum, benè dicitur, omnis
 Quam socio dat mensuram obtenturus eandem.
Excusat Au- Forsitan at ratio pugnat, quod fortior altas
thor Suecos. Bellorum causas, & leges imperat ensis;
Impugnat Ensis, & castris cunctis est fortior ipse
Author Ex- Impia bella DEVS frangens, vertensquè Monarchas,
cusationem. Flectit Alexandros, Ciros, dirosquè Tirannos,
 Concutit ad libitum magnos in puluere Reges:
 Noscite corde DEVM: forsan iactabitis vltra,
Excusat Au- Quodue vocant audaces, pellunt arma togatos,
thor denuò Et fauet ipsa simul fortuna audacibus audax;
Suecos. Frustra tegit fortuna audaces, iusta triumphat
Impugnat Ex bello tandem, morte, ac ex sanguine causa,
Author Ex- Sanguinis iniuste effusi dant æthera pænas;
cusationem. Audio sed denuo vesani pectoris iras,
Excusat Au- Quod non est aspernenda experientia Mundi,
thor iterum Oblatam nè temne vicem, ne tempus omittas
Suecos. Sume capillatam frontem scripsere Priores
 Et docuere arma, haud latitans occasio sese

Rursus

Rursus aget talem, cape, ne post terga recurset,
 Sic Bellona docet pugnae præcurrere laudem;
Impugnat Non casu assumuntur bella, timenda supersunt,
Author Ex- Iustitia bellum, cælum stat totus & orbis;
cusationem. Fæda Machiaulli superabunt dogmata tandem
Excusat Au- Vestro peruersas Regno pandentia leges,
thor iterum Ut noscunt nullum, & parcunt nulli arma sodali,
Suecos. Arma fidem, casus, sic nec victoria seruet,
 Vincitur arte, dolo, iniuste, laudabile semper;
 Ipse fidem Rector rerum dum cuncta crearet
Impugnat Rebus firmavit cunctis, sibi cuncta creata
Author ex- Firmavitquè fide: Tellus, Sol, Sydera, Pontus
cusationem. Æterno ritu Factoris iussa sequentes
& fidem Non-ne fidem Factori iusto munere seruant?
celebrat. Annuit Omnipotens lunam, solem, Ætheris astra
 Transitura, fidem nunquam alta mente manentem;
 Et celebrata magis signis Diuina talenta
 Non placuit firmare DEO, sola Iride cælum
 Collustrans fidei firmavit fædera nobis:
Author de fi- Ipse fides DEVS, vnde fides debetur & omni,
de aserit cõ- Prima DEI Lux, & Lex; amiserunt Parentes
tra Suecos. Hanc nostri semel, hinc miseri periere, simulquè
 Fleuerunt Homines, flebunt & lege Tonantis,
 Mortalesquè luent Mundo per sæcula pænas:
 Omnibus est seruanda fides, ac hostibus vnquam
 Frangenda, ipsa fidem seruant animalia multa,
 Ipse fidem Dæmon seruat stipulata recensens,
 Dæmone perfidiores nobis esse licebit?
 Hoc docet ars magicis, quamquam extirpanda per ignem;
 Ense, & Iustitia meritò sic bella geruntur,
De Fide, & Iustitia, atquè fides sociali tramite currunt.
Iustitia. Præmia virtutum, vitiorum & pondere reddit
 Iustitia armata, altitonantem & fulminat enses:
 Tolle Homines Mundo, quos non iusti arcet imago,
 Tolle magis, quæis diua fides non pectora firmat;
 Iustitia, atque fides Homines, & cuncta gubernant.
De Bello Prostratæ Parti fulgent ad sydera palmæ,
Iusto. Et fulgent iusto ex bello præconia semper,
 Gloria victrici, clarissima munera surgunt
 Ex bello iusto, cunctorum certa corona

B 2

Omni

Omni fortuna iustis sic vincitur armis:

*De Bello
Iniusto.*

Iniustis armis rarò Victoria creuit.

Impia quadraginta annorum prælia, clades,

Et Germana docent bella, atque Bohemica castra

AVSTRIACVM sanctum, ac iustum inuadentia sceptrum,

Exitus armorum an fuit ex certamine foelix

Flebilis & docuit Praga, amputata theatro

Corpora Magnatum tandem iniusta arma faceffant,

Quidue parent docuere fati; non bellica facta

Commemoro prisca æui: sæuos Candia Turcas

Ipsa docet Reges omnes iniusta, proterua

Præmia quæ nam, quem finem armis accipit ira.

Panditur infereis Ducibus, furijsquè triumphus

De eodem.

Iniusto ex bello elogium, ac simul atra rapina

Plutoni, sæua & panduntur limina Ditis:

Cuncta mala iniusto baccantur barbara bello,

Impietas insanit, perfidia Ebria fauit,

Nil magis infensum cælestis curia punit:

Horret Gens humana, horrent viuentia cuncta

Arma iniusta, horrent & Mundo cuncta creata,

Horrent iniustum bellum vnda, solum, ignis, & æther.

Author Sue-

Sin numerare licet vobis, sin reddere damna?

cû obicit

Sic valuit pietas populis succurrere fessis?

excessus,

Sanguineas extorsistis sine vulnere guttas,

crudelitates,

Omnia nostra prius sudore, & sanguine PARTA

& oppressio-

Pulchrè transmutaftis vestra in perfida RAPTÀ.

nes omnes.

Vosquè fugæ titulo populis absentibus, vlli

Parcendo, totum arripuistis, dicere furta

Hæc quis nam possit? cape quæ sub gurgite pontus

Et quot naufragio cælat, tot callida capit

Suecorum fitis, imæ non abscondita terræ

Tuta fuere, iterum propter vos exuit ossa

Nobis continuò ipsa cohors Prætoria pelle,

Ac potuit nil paupertas, suspiria gentis;

Sed nec finis adhuc, domibus calcamur ad aurum,

Perpetuaquè rota inferni vexamur inermes:

Insuper ad victum, vestes, & quidquid ad vsum,

Aut luxum vultis, iustum extorquere videtur

Ciues, & vos, captiuos, armentaquè, seruos,

Quadrupedesquè, canes, agnos tutare necesse est:

Vallorum

Vallorum incessantes, corporeosquè labores

Viquè coacta in nostros exercere potestas

Indiscreta iubet legis vestræ ira nefanda,

A quibus vlla dies, condonant nec Festa quietem.

Excubiis nocturnas, multa, & multa dolenda,

Noxas, atquè pericla, & verbera, vulnera, verba,

Et tristes taceo vini, furiasquè minantes

Quarum nunc mente æternus transigit horror:

Quidue domorum immanis dilaceratio poscit?

Quid clamant in vos claustra, & canobia, Tempia

Dilacerata, & equorum tetro stercore claustra

Sancta profanata, ac rabiem lugentia vestram?

Hæc nam pacta sacra, hæc vestris stipulata sigillis

Relligiosè scripta canunt reprobanda per omnes?

Dedecus æternum Cræca quod prodijt arce

Hæc data vestra fides voluit? cunctisquè POLONI

Imperij in vestrum seclis propensio Regnum?

Vrbicularumquè argentum, hæc nam seruitus ipsa?

Ciuius, & rebus sacris vos omnia tuta

Verbo hoc Relligiosè confirmaste, videmus

Omnia sed scriptis vestris contraria facta,

Vnde fides suecum iugulata, & sordida torpet.

I modò disce Orbis miseris suffragia ferre;

Talia diua dedit nobis Protectio Suecum:

Ah fera Sueciadum crudelis pectora gentis:

Multa scelus, nec dira minus pessundat egestas,

Has duo si iungas, cunctis mala cuncta poposcent;

Tertia si accedat feritas Acheronta mouebunt,

Tres fugient Erebo timidæ, immanesquè sorores.

Author pro-

Nil possunt muri, portæ, nil testida ferri,

sequitur in

Furandi mira ars Suecorum, lumina mille

Suecos.

Non centum custos Argus si pandere mallet

A suecis formosam non tutauerit Io,

Integra si vellent furari armenta latrones

Amittent mille Argi quisquè & lumina mille:

Gens celebris furtis, fur dum suspenditur, alter

Carnifici suecus funem furatur eandem.

Non vos concipiunt Veneris, non vincula sancta

Aut vos parturiunt, gestant nec viscera Matrum,

Dulcia non puro seruant vos vbera lacte,

B3

Ære

Ære alieno vt seruetis vitam, innocuasquæ
Aut fitiatis adhuc vitas, Hominumquæ cruorem;
Esto grauis sit paupertas, aliena recusat
Ipse decor; viuendum est ingenio, atquæ labore.
Sunt immortales Animæ, immortalia noscunt,
Cur sine mensura Mundo mortalia quærunt?

*Author pro-
sequitur in
Suecos.*

Discite mortis opus, fertis si pignora mortis
Discite vos ipsi miseri quod vosquæ docetis,
En manet alta dies vobis, & certa superni
Decreta ex morte æternum mansura per æuum:
Porro nulla mori vobis dilatio tollet;
Non æris, cupri, vestras ferriquæ fodinas,
Mors timet & vestros scopulos, ac horrida saxa,
Sat veniet miseranda dies, qua dentibus atris
Atrox bellum, & bellandi damnabit artem
Pauperie interfecti furtis, atquæ rapinis:
Infælices, si non vos mala posthuma terrent,
Perpetua à bello aut non frenat Gloria cæli.
Certior vna salus Homini sola vna voluptas
Corde timor Domini, Domini sanctissimus ardor
Diuitiæ hic sortis, rerum, ingenij, Alpha, & Omega.
Liquite iam Sueci bellum, iam liquite Lechos,
Belligerum finis mors est, post funera luctus;
Damna DEVS violenta odit, cælo omnia lustrat,
Et crebrò punit viuos: vestra agmina numue
Delitijs cæli exultant, & sorte fruuntur?

*Damna nar-
rat Author
ex bello Sue-
ci emanan-
tia.*

Cælum, Sarmatiam, Spes, & belli truculentos
Sudores, Natos, famam, Vxoresquæ, Penates,
Fœdere coniunctos, affines, atquæ propinquos,
Arces, thesauros, ædes, Vrbes opulentas,
Furtiuas prædas, vitam, vitæquæ salutem
Amisistis colligite ergo lucra laborum,
Si non sufficiunt, sat restat iter, mare, venti,
Nec finis: Vestrum plorabit cætera Regnum,
Quod dedit, & seruire opus idpsum tollere discet:

*Liunia de-
uastata, &
alia Diti-
nes.*

Et mosco miris euerfa Liunia damnis,
Deplorant vestro peruerso iure vocati
In nos totquæ Duces flammis, & cladibus aucti
Regna sua ac Vrbes celebrabunt nomina plantu
Vestra cœternos lachrymis mansura per annos;

An non

An non dupliciter condignus sanguine sanguis
Pro morte & mors, pro flammis & redditur ignis?
Ex prædis prædæ vestris, ex vulnere cædes
Vobis, & focijs redduntur, spernere ferrum
Audet vaginas ipsorum corpora poscens,
Nec vomit immensas flammis tot dira charybdis,
Quot vastant vestris Vrbes, & prædia, campos;
Sic Transilvano mensura, & pondere crescunt
Fortunæ, & belli ludus, promissa beata.
Fædera Suecorum discant, & sanguine discant
Iustitiam, qui Iustitiæ contemnere vires
Arma dolo cæci vestra execranda sequentes
Alterius cupidi vestris lunt fraudibus ausi.
Tartara sunt Sueco peruerso milite plena,
Militibus, populisquæ alijs vos cedite saltem
Vos Acheronte locum, orco certas linquite pænas,
At Trébacz chudzina dymo czarnáwus, & ora
Czarna ferens szátános alloquitur niger omnes,
Przymuszábánt sczerze referre latentia facti,
Et sczerze ostátek belli, finemquæ malorum.
Mille acies germanæ, & ponto mille carinæ,
Ferreæ Prufforum, & Dænaum certamina centum
Ludus erant noster, Germanica mille Trophea,
At zbroynos Vízaros, Quarciánalquæ Phalanges,
Et pulchra odzianam (narrabat) veste piechotam
Conspicere vt licuit, riguerunt ossa tremore,
Vidimus & Martem brodá, fuluaquæ micantem
Noscimus ipsum cæsarie, at czupryna reuerfa
Indicat alta mala, & mortem, smutnámquæ godzinam.
Cherchelis kofo muros certare licebat
Iák ták, nam arte, dolo Græcos, Spartamquæ, Mycenam,
Gentes, & populos, cunctas conuertimus Vrbes:
Szkodá polu cum Quarciánis, párszywa nádziejá,
Smierc gotowa náder cunctis pewnijsimá zgubá
Hastida sericeas mirè rutilantia flammis.

*Narrat Tu-
bicen Pom-
pas, & De-
cui Militia
Polonorum.*

Grande decus belli, argento, varioquæ colore
Quid memorem? pelles tigrum, pennasquæ decoras,
Atque armatos Heroës, plumisquæ minantes?
Æquis szablas, obuchos, ostroszquæ páfászos
(En mea gębá docet szablæ mocz, atquæ ruinam)

Tartareos

Armorum diuersa genera Polonorum. Tartareos lukos quis nam immanesquè sagittas,
Et pistolettos, tarczàs gladiosquè, securas,
Páncerzos, toporos, hastatasquè bipennes,
Mortiferasquè roattinas, miezosque tremendos,
Scuta, elmos, armorum quis genera horrida cuncta
Lechiadum numeret? citiùs vide sydera cali.

Ornamenta & pulchritudo equorum Polonorum. Quis nam gemmatas vestes, & equippia equorum,
Magnanimos quis bucephalos, quos inclita tellus
Innumeros nutrit pro Marte, & morte creatos?
Quorum farmaticas ceu sunt facunda per oras
Germina, sic equitum, bellatorumquè bogatta
Fertilitas, stroynosquè pari splendore Kycerzos,
Sint licet immensæ Niemcùm, pyfznæquè kráinæ,
Kudfátùmque ferant quamuis portenta frisorum,
Ráytárum ognistás licet ostendentquè Phalanges,
Parturient nunquam: Caualeris sunt quoquè tantis,
Alcidisque suis sunt formosissimæ Iolæ;

Mulierum Polonarum pulchritudo. Est vrodziwarum pulcherrima forma Damarum
Respondentque suis Theseis ślicznæ Ariannæ;
Suecarum zgnifosque trupos, fecemquè babarum
Quèis superant, ridentque breues, sprofnásque Niewiástás.

Coniuiua, & Solatia Suecorum in Vrbe, & Potationes Vini Vngarici. Tempus erat piosnæ Lechi dixere kolendam,
Addita sunt Mięsopusty solemnia pinguis,
Vino dum fuimus lati post pocula vasta
Baccantis Vini, quod mox latissima corda
Extollit super ac atroces nubila curas,
Nectareos melius succos opulentia Bacchi,
Tota saporatos nec condit Candia dulcis,
Luxu epularum cum Cythara lati omnia ventri
Gaudia danda putamus formosisque puellis,
Pro quibus in mensis vitam, arma & cuncta vouemus.
Propinare iuuat, vitam & superaddere votis,
Perdulciquè mero totas transcurre noctes;
Soluitur interea linguæ fat multa loquentis,
Et refecatur captiuæ facundia mentis.

De Vino & more bibendi in Polonia. Est inter bibitores disceptatio feruens,
Quæ Mater Bacchi, Germana, an Terra POLONA:
Hospes defertur vinum huc, Germania Mater,
Lechica sit tellus potandi splendida Nutrix;
Fortitèr hîc bibitur, tractantur fortius arma

Ebrius

Korea Polonidum. Ebrius & Mars, & Bacchus bellator inermis
Armis interdum, & Vino sua munera miscent.
Lati feruenter bibimus, Pánnásquè Kráowkás
Vidimus egregiè tańczántes, atquè poważnie,
Tańczábánt, fiebant corde, ac aspeximus illas
Tańczos, atquè krotofilas nie smácznie ferentes,
Tumquè suos lachrymando suspirasse POLONOS:
Fælices lachrimæ nostrarum exordia maesta,
Interitu nostro vana ehu solatia plectri
O verè profligastis, nobisquè choreas:
Non laribus nostris, & vestris fundit amænis
Non lachrymas Vxorum nostrarum genus omne
Ehu non fundit tales, irreparabile damnum
Perpetuò ipsarum vexabit corda dolentum,
Vestrum sed tandem concludent gaudia luctum

Comparatio fortune Mulierum Polonarum & Suecarum. Et placida omnipotens reparabit gaudia cordi,
Amissaquè diu fortuna redibit amantum,
Illas mcerentes præsit, non amplius illis
Prodiga sanguinolentis, tantum irata redibit,
Abstulit amplexus vltra mors, oscula rumba.
Tympanidum stipata cohorsquè, tubæquè canoræ
In nos intonuere ad fortes vsquè Britannos,
Gaudia prætermissa, melos, symphonia, vinum
Vulnere conuertuntur, & in certamina, mortem:

Numerus, & sortitudo Militum Polonorum. Ac veluti tangens vasto mare limite cælum
Innumeros liquido nutrit sub gurgite pisces,
Limite sic Regnum immenso cælum vndique tangens
Innumeros Homines nutrit, gymnasia Martis
Vna quibus cura est, fors vna, propago, decus, nec
Abstinet à bello puer, & veneranda senectus.
Srodze biunt equites, Heroes srodze POLONI
Skárádnaś dant absquè vllò, discrimine ránás
Rábántes głowum, hastis rábánt pectora prosto;
Res ibi concordant Martis cum nomine Mortis.

Prosequitur Tubicen, & pugnas narrat. Inualuere neces, fera sè certamina pellunt,
Cladibus assurgunt clades, & funera poscunt
Funera, pugna fugat pugnam, nouiterquè cruenta
Acrius infrenant, maectant Bellona Furenti
Cuspide belligeros, maectat Mars acrius vltor.
Interea necibus, belli simul omine fracti

C

Fractores

Pacem sue- Fractores Pacis Pacem deposcimus vltro
ci requirunt. Hostes corde, metus sed cautè talia mandat
 Alterius studio, belli tamen exitus idem.
Post obsidio- Ast vbi præcipua Vrbs terna obsidione tenetur,
nem Vrbs, Tempora longa dierum, nec quid frigora possunt,
narrat Tubi- Arte, dolo certamus, vafra mania fraude
cen. oppressi- Tutantes, iterum Ciues torquemus ad aurum;
ones, & in- Et dum non licet in Lechos extendere vires,
sultationes (Aggredimur fastu, & discedimus vrbe Leones,
Suecorum Sed lepores crebro sub nocte redimus inermes)
varias in Tunc rabiem in Ciues, & Clerum expandimus, inde
Ciues. Templâ, domus, sacratas & concludimus aras,
 Carcereasquè domus fletu complemus, onusti
 Languenti extortum populo potamus & aurum.
 Sint passî Ciues quæ cunctis impia rebus,
Rationes, & Edoceant externos hæc, geminosquè per Annos
probatio op- Publica nulla fuit nec parua solutio nobis,
pressionum Sustinuisse feræ mortis, Martisque labores
in Ciues, vi- Noctè, dieque, gelu, pluuia omni tempore caram
delicta ex Aduersis decuit vitam exposuisse periculis,
defectu so- Credere quod velit vllus inexorabile factum,
lutionis Mi- Præmia nostra fucere cui, & stipendia belli
litibus, & In Ciues libertas, atquè licentia sola;
ex libertate Spernimus ad placitum, furato soluimus auro
eorum in Et nobis nos ad libitum, saturamur amaro
Ciues. Craciadum luctu, Suecis vindicta, voluptas
 Vnica quæ fessis nobis præcordia mulcet,
 Famineumquè decus solum intactumque relictum
Iuramentum Panis mille alijs cunctos laceramus inultos:
extortum à Ciuibus, & Clero iuranda teterrima prorsus
Ciuibus, & Immemores Cæli maledicta imponimus ira
à Religiosis. Possumus in Clerum nil, nam sibi verba reformat.
Deliberati- RELIGIOSI constantes itidem metuenda
ones varie Spernunt & restant, populis & sacra ministrant:
variorum Virginis intactæ sancto Diuina roseto
Religiosorū Nati, & CHRISTI arcana fouens magnus sacer ORDO
in Vrbe, in Primus Terrarum orbis, & vnus Doctiloquorum
præstando Dicere nil patiens, sed nec componere nullam
Suecis iu- Verborum feriem, quin immò audire profana
ramento. Impatiens pauper discedit cuncta relinquens

Respuit

Societas Respuit in toto & Caluini inuenta Pudoris:
IESV. At sacer IGNATII, sacros qui cælitus ignes
 Æternos seruat, Mundo quos protulit omni,
 Hæreseosquè pius pro IESV destruit angues,
 IGNATII flammis diuinis ignifer ORDO
 Hic rabiem primusquè furens, tetrumquè venenum
 Perterrens, lacerans, muros expellitur extra.
Academia. Palladis, & Phœbi magnorum docta Mineruæ
 Alta DEI sapiens florens ACADEMIA Mater
 Non iurat, manet, verbis, factisque resistit:
 Ecce DEVS varias immitens nubibus artes
 Zeli, num Suecum turrem non deicit altam?
 Obstitit vt potuit Plebs, quam tandem impetus, arma,
Ciues resi- Exilij terrorque nouus, gladijque furentes,
flunt, tandè Natorum, Vxorū fors, mercimonia, furta
coguntur ad Dicere nil mente, at labijs confusa coëgit,
Iuramentū. Et verbis Ciues iuramentum vltro fatentur,
 Sed vi, sic Sueci credunt extinguere verbis
 Augent quæ vim, nam cogit violentia verba,
 Atque noua vi fit denuo violentia maior,
 Nec iurata valent, cogit quæ sæua potestas,
 Dumue suas laudes credit vesana superba
 Sueciadum Gens Vrbs iuramenta nefanda,
 Improba non noscit sua vi periuria cordis.
 Hæc Caluiniadum lex deformata reportat:
 Encomia, & Palmas, belliquè infausta trophea:
Oppressiones Fundimus omne genus immanes impietatis,
Suecorum in Famineos sæpè ac ferro depascimus artus,
Ciues, & Sacra, Sacerdotes, Diuos, contemnimus aras,
Religiosos. Claudimus Ecclesias, iniusto carcere sacros
 Vexamus Patres, vexamus carcere Ciues,
 Et magis inruimus perterrent dum agmina muros.
Sueci putant Tandem terror abire monet, culpa atra retorquet
de discessu, Pectora, sperata cognoscimus omne salutis
& de fuga. Auxilium esse fugam, sed spes illuditur amens,
 Diua fuga ipsa docet finem, dulcemquè medelam
 Terroris, certum nostri finemquè pericli,
Fugere non At retinent hostes, peccata, odium, vltio, clamor
possunt. Sanguinis effusi, & furtorum, incendia, prædæ,
 Læsa fides, ira, & tandem omnes nomine culpæ.

C 2

Quis

Quis fugit à pœnis culparum? crimina nullum
 Infonem linquunt, post se magis vndiquè pœnas
 Ipsa trahit fuga; Virtus, Pietasquè superna
 Non fugiens, quin fixa cruce alto sanguine cæsa
 Expectat, cunctis leuat atquè pijsima noxas,
 Nec patitur fugientem sacro stipite fixa.

Dæmones in Inferno pie loquentem Tubicinem increpant. & in Satyrum conuertunt.
 Perfide quid loqueris? num inferna gementia cernis,
 (Tunc Dæmon) spernis stygia ac ardentia nostra?
 Sperneris spernens, dixit, tunc cornua fronte
 Sursum extolluntur misero, crescentia tangit
 Ipse manu tremefactus, rursus & hispida mento
 Incultè creuit rugis absquè ordine barba,

Caprigenumque pilis, & forma corporis ambo
 Subsistunt femora, abscidit subito vngula plantas:
 Vertitur in satyrum Tubicen, & fit tuba sæua
 Pastorum, pecudumquè sonus siringa canora:
 Deflet respiciens ipsum se terquè, quaterquè,
 Dæmonides rident, flentem dictisque lacessunt;

Dæmones Tubicinem in Satyrum versum irident.
 Faunorum Princeps tu verba nocentia nobis
 Linques, edoctus, stygiæ filiaquè colonus
 Frondibus, arboribus, seu fixos stipite fructus
 Queras: Suecorum sed fare extrema, precatur

Vir Satyrus primam poscens in corpore formam,
 Et certant lachrimæ verbis, & cornua crine:
 At Dæmon, disces nobiscum linquere nugas
 Aut audes Erebi solus tu spernere Regna?
 Flet Satyrus, loquiturquè, timens peiora repellens.

Satyrus loquitur.
 Tutela, atquè fide, verbo, quæ cepimus arte,
 Oppida, vicos, regales comburimus arces:
 Fraude acquirimus, has denuò Vrbes robore dextræ;
 Dextræ quid dico? paucas, quin robore nullas:
 Arte, dolo Mundum, cæli vi lædimus astra.

Diuisio Regni à Suecis frustra facta.
 Constituunt nostri tandem tres fœdere Reges,
 Vnum Prussorum, vnum Maiorisquè, Minoris
 Vnum Sarmatiæ, & credunt concludere bellum:
 Infani, vestrum est falsos distinguere pisces,
 Illud sed Regnum non, nil ibi prorsus habentes,
 Iure tamen cedunt aliena, sed ordine falso;
 Ordine tum falso regnabunt, sanguine, cæde,
 Atquè fuga dementes Regna, & sceptrâ capessunt,

Illis

Illis nec dabit ipse DEVS sua posse tueri,
 Hoc iuste sequitur, lex hoc disponit ab alto,
 Et leuis est veneranda DEI doctrina salutis,
 Quod tibi non velles reddas pro tempore nulli,
 Nascimur Adami primeuo corpore cuncti,
 Propria læpè amittunt & qui aliena sequuntur.

Posnania Status.
 Iuribus, ac sceptro incerti Posnania tristis
 Linquitur armorum sæuis obsessa catenis.

Cracouia, & Suburbium deploranda deuastata.
 Post modo barbaricis cæci ira gentibus almam
 Cedimus infano perculsi mente furore
 Pulchro Cracouiam sceptro, exutamque corona;
 Aedes, egregios hortos, ac intus, & extra
 Claustra solo æquantes, excelsa Palatia, Tempa,
 Pompas Craciadum, ornamenta insignia Regni
 Diruimus noua reddentes incendia Troiæ
 Post data nocturnis immensa suburbia flammis.

Tacet Satyrus, & deploratur.
 Hic denuò tacuit dictis non lassus, at ira,
 Respiciensquè pilos ortos, vnguesquè caprinas
 Cornua tangebatur frontis, verbisque dolebat
 Formam detestans mutatam Acheronte profundo.

Author Cracouiam introducit admirantem, & dolentem.
 Cracouia interea flammis, & fessa ruinis
 Stemma potens bello, bellorum viribus aptum
 Priscum stemma suum spernebat, & arcem
 Turribus enixam trinis, portamquè patentem
 Aspiciens hosti Sueco, clausamquè POLONIS:

Improperat Author Vrbi.
 Fælix, si commutasset fors ordine portam
 Vt prius Vrbs restares, alta suburbia, Tempa
 Delitiæ, restarent horti, Aedesquè nitentes:
 Ac vbi iam stabant mutæ, vacuæquè per vsum
 Turres, has sueci instruxerunt plenius, Hæc spem,
 Diuam seruat & illa fidem, ista & fortia Martis;
 Mente prius Ciues seruabant, turribus ista
 Nunc sueci seruant, seruatur fortior ac Vrbs,
 At violata deflet, queritur suspiria pandens
 Carcereas patiens tenebras, & milite septa,
 Tristes alloquiturquè suos modo languida Ciues;

Author introducit Cracouiam conuertentem, & suos Ciues alloquitur.
 Serò loquax, vtinam prius Vrbs affata fuisset.
 Tempa, senatus, Doctores, Ciuesquè valete,
 En morior vobis, & quorum nescio causa:
 Noscite me Ciues, caram me noscite Matrem

C3

Decessit

Decepsit siquidem fulgor non corpore virtus,
 Decepsit forma, ehu nobis conuersa ruina
 Cuncta polo: Nunquam nos vna ærumna flagellat:
 Tempus edax moles flectit, consumit & ignis
 Inscius ipse alias, subuertit plurima Suecus
 Templâ, Domos, Hortos, & puluerulenta recumbo
 Forsitan antiquum nunquam speratura decorem:
 Paulatim mihi restabunt vix mœnia circum;
 Ista simul pereant, si saua resistere nostris
 Audebunt, Templâ, Arx, Matris sed Templâ MARIÆ,
 Innocuæ Cleriquè Domus, Collegia restent,
 Hæc quæ sunt claustra, atquè cohors Prætoria restet,
 Restet dimittens infensa flagella crumenæ;
 Mœnia non curo, læta si forte inimicos
 Victores longum debent tutare per æuum:
 Et pereant reliqua; Ecquid? Nos peiora mouere
 Non possunt magis, autuè diutius ipsa dolendo
 Vulnera magna pati, ærumnas perferre cruentas
 Non potero: Ergo æterna spe cruciabor inani?
 Debeo captiuos, ablatas vndiquè messes
 Perlustrare diu, armorum seu tristia semper,
 Anue meæ Gentis trenos (plorabile totum)
 Infandasquè pati prædas, & militis iras?
 Utquè iecur volucres, ac pectora Tytia rostro
 Scindunt impasto, nobis inuenta Gotorum
 Armorumquè noualia atro mendacia fastu
 Cor lacerant, varijs mentem terroribus implent
 Æratissquè typis populis impressa videnda
 Sueci ludibrio nostro falsissima promunt,
 Nec datur iptorum falsis obsistere quidquam,
 Imperat armorum petulantia iusta coërcens:
 Infamis vafra pudor, ô, dementia gentis,
 Promunt falsa typis, mandata, ac iussa POLONIS,
 Qui pellunt, mactant illos, ac vndiquè claudunt.
 Sola diuturna, & fallax spes terror abyssi
 Fit nobis, extrema & cordis vulnerat intus,
 Ehu sola infandos patior confossa dolores,
 Ut magis excruciar possum mea castra propinqua
 Cernere, frustra tamen, siquidem ceu Tantalus alter
 Fato, & spe crucior: flumen, præsentia poma

*Cracouia
ruina.*

*Cracouia
dolor, & in-
dignatio.*

*Improbat
Sueci noua-
lia ficta typis
extradita.*

Et

Et mihi proximiora queunt compellere pœnas
 Adueniunt, discedunt, & redeunt mea castra,
 Discedunt, veniunt, discedunt, stantquè, minantur
 Et mihi promittunt hinc, ac hinc castra salutem,
 Discedunt, cogunt, & desperare iuuamen
 Perquè duos annos cruciant nos; fercula, dona
 Hostibus interea messes, & pabula, nummos.
 Ruricolæ ducunt hosti, sueciquè triumphant
 Læti indulgentes epulis, vino, atquè choreis,
 Et magis insultant sitientes ciuibus aurum,
 Et noua perlustrant nobis incendia semper
 Implentes nostros armentis stramine muros,
 Mactos Ciues, & diris languoribus ædes,
 Cum castris populo crescit vindicta, meorum
 Atque nouis crucior pœnis dum castra recedunt,
 Ergo continuè morior, mihi limine mortis,
 Et vitæ moriensquè mori, nec viuere possum.
 Expectabo diu? an sperans frustrabor ad æuum?
 Anuè magis cernam mecum ludentia castra?
 Castra Gentis risum, nobis linquentia planctum.
 Non ego sum Princeps, non Urbium & vnica nata
 Prima sui fedes solij, Virgoquè perennis?
 An ego non Regni seruo per secla coronam?
 Num sine me victrix, num Gensque POLONA manebit?
 Cur fruitur meliori me Varfauia sorte?
 Templâ mihi profunt veneranda, & claustra, sacella;
 Curia Prælatorum, Palladiæquè lycei,
 Arx vbi collucet Martis, Iurisquè Potestas,
 Consultorum magna cohors, Iurisquè supremi
 Ordo antiquus, quid profunt mihi nomina, fastus,
 Si mea cara salus cunctarum est vltima rerum?
 Ut meus, & Regni fuit vno funere lapsus,
 Integra colligitur fortunæ machina nobis
 Visceribus Sueci nostris posuere Gradiui
 Consilia, & sortem, vires, spes, præmia, corda;
 Ut sibi me conseruarent fecere stupenda,
 Talia, quæ bellis non viderat ipsa vetustas,
 Fallitur ingenium, aut studio fallente meorum
 Nunc sine me perijt vis, seu ars tota POLONA.
 Extremam nostrum noscit cor adesse ruinam:

*Cracouia
queritur de
inani mili-
tariam sua-
rū auxilio.*

*Narrat Vrbe
Suecorum
fortunæ, &
insultatio-
nes.*

*Cracouia
conqueri-
tur, & ira-
scitur.*

*Narrat Cra-
couia sua
Encomia.*

*Vires & For-
tuna Sueco-
rum ex Cra-
couia.*

*Desperat
Cracouia.*

Contra

Contra conclusum est Diuina mente Dynastas,
Tollit spem nobis altæ conclusio mentis:

*Resumit
Spem, &
patientiam.* Absit defectura DEO eius sanguine nata
Spes pereat: stet corde, & casu restet in omni:
Iam modo sperabo, & patiar, Procereſq; POLONOS
Tutabit CHRISTVS, toties qui tutat & illos,

*Spes, & Hu-
militas Cra-
couie in
DEO.* An veniant, an discedant, scio viuere cæli
Rectorem & Terræ pro ipso sunt cuncta ferenda,
Quidue DEI mihi, quid mentis Præuisio certa?
Dum scio sanguinæ culpas cum pondere mortis

*Misericor-
dia Dei con-
tritionem,
& Spem re-
quirat pec-
catorum.* Iam soluisse pium: spem vult, ac ipse dolorem,
Sic ipsi proprium misereri, ac parcere semper,
Et miserescit, nec sine spe miserescere vellet:
Fulgeat immensæ cælo Præuisio mentis,
Seruiat at dulcis mihi sacra Redemptio CHRISTI.

*Patientia,
& Bonitas
DEI.* Tollerat alta DEI nostras clementia culpas,
Pontiadasquè necesse passus fuit æthere sumptus
Conditor Empirei, Mortales cur sine noxis
Vellent impatientes atria scandere cæli?

*Patienter
ferre aduer-
sa vtilitas
magna, &
virtus Chri-
stiana.* Multa pati vna salus cunctis, sed mente serena,
Nec frustra patitur, qui cæli sorte potitur,
Et benè pro Mundi fulgent languoribus astra
Quin immò hos superant æternæ præmia vitæ:
Felices verò flammæ, quæ crimina purgant
Post obitum, verè foelix, ô, sanctus & ignis,
Qui purgans noxis Animas has ducit in ædes
Æternæ lucis, palmis, grauidasquè coronis:
Nonnè peroptandus sit, dum sit Ianua cæli?

*Comparat
penas Par-
gatorij cum
afflictioni-
bus Mundi.* Mitius at cui, dat leuiori crimina Mundo
Atq; breui purganda DEVS pro tempore pœna,
Sydera dum rident nobis, sol, cuncta laborant,
Obbediunt dum nobis, dumque soluta merendi
Cælica libertas seruit, præcurrere nostras
Pœnas quis nolet? sic & deflectere flammæ.

*Afflictiones
Mundi exo-
ptanda ad
salutem A-
nime.* Foelix flamma Polum referans, ah diuus & ignis,
Sed mage fœlices curæ, exoptanda flagella
Terræ, pro flammis quæ nobis æthera pandunt:
Aut varijs Hominum pœnis mortalibus alta,
Post mortem sacris aut flammis itur ad astra:

*Gloria æ-
terna acqui-* Ah diues, diues, sed cara est gloria vitæ

Perpetuæ,

*ritur per
merita &
tribulatio-
nes.* Perpetuæ, ipse DEVS Rector, calique Creator,
Et rerum cunctarum, cunctorumque Redemptor
Æthereos orbis lustravit sanguine primus
Passus Hebreorum furias, & vulnera, mortem.

*Prosequitur
Cracouia
sermonem
ad suos Ci-
ues.* Linquite si morior, voces mihi linquite Ciues
Extremas, datur & fari morientibus vltra:
Non solos natos Hominum, sed fulmine iusto
Nos etiam mutas Vrbes delicta faceſſunt,
Excandescens peste, fame, igne, & vindicat armis
Iustitia Æterni vos, & nos; Imbribus orbem
Discere Iustitiam docuit manus alta Tonantis.
Conditor ipse tamen rerum vos diligit, ipse
Punit, vosquè probat curis, facer Omnipotentis

*Amor DEI
solus in Mi-
do constans.* Semper amor constans, Hominum omni vertitur hora.
Non angues seruauit non mihi pectore diros,
Sed natos, forsan morti me tradere nunquam
(Si nostri culpam constringunt corda doloris)
Credideratis, sed citiùs mihi pellere cædem;

*Insidia Sue-
cùm.* Fallimur à Suecis, contraria fata tulere
Diuitiæ ablatae sunt, ornamenta recisa
Libertatem amisi, clausa & turpiter angor.
Detestor fraudes, iras, promissa nefanda
Suecorum nostro, & Terræ memoranda rheatro:

*Peccata Ci-
uium Cra-
couiensium
afflictionum
Ciuitatis
origo, &
causa.* Damno meas culpas: quid num? fuit ipsa voluntas
Rectoris Cæli: Tandem delicta luenda:
Peccaui; nostras purgat modo suecica culpas
Ira latis, parcat saltem vobis posthumus ignis,
Purgant atquè ruinæ, & diræ incendia sortis:
Anni labuntur duo, centeniquè videntur,
Sed damna, & pœnas possit num farier vllus?

*Improperat
Cracouia
Nobilibus,
& Ciuibus
discessum.* O, vtinam non discessissent, moenia Ciues,
Et Procereſ armis longè me sulphure, ferro
Tutassent, starem, starent & prædia, rura:
Discite principio belli discedere nunquam,
Sed seruare Vrbes, & vos concordibus armis;
Non Natura humeris ponit, sed pectore corda,
Multum mens generosa, ac constans Vnio possunt,
Hæ simul annexæ frangunt fortissima quæque;
Discessus leuis est, reditum fortuna reuoluit,
Omnibus incertus, sine lucro vanus vterquè:

D.

Sperate,

Sperate, & lachrymis mihi vos pia Numina cæptis
 Nunc placate DEI, proprium illi parcere: parceret,
 Maxima virtutum celebratur Dexterâ CHRISTI.
 Rex pius, & Proceres patiuntur vulnera nostra,
 Bellorum finem componunt, atque malorum,
 Ipsorumque dolete vices, ingentia damna,
 Maiores forsan nostris fortisque procellas;
 Regis ope, ac ipsorum cuncta onerate potentis,
 Dulci & pro Patria votis feruentibus aras.
 Tunc ea, quæ rabie digitos inflexit in ora
 Plutonis, verbis ardentibus protulit iras,
 Lustrabat mortis curru dum Regna profana
 (Principio assatam Plutonis scripsimus oris)
 Illa infernales artes perdocta magorum
 Lechea, principium historiæ huius causa, & origo,
 Alloquitur rugiens Satyrum, stat libera pænis,
 Atque veru cruciatibus, interfusa medullas
 Flammis, vipereisq; nouis subcincta catenis.
 Tanta fides fuit, & spes? sic generosa refulsit
 Sanguinis, & belli virtus? se reddere nutu
 Hostilis gentis post plura obtenta trophea,
 Postquam Suecorum conatus spernere vanos
 Vrbs potuit, cunctas simul ac illudere vires,
 Post moles damnorum, post incendia tanta?
 Creditur ehu Suecis? ah cur non obstitit ergo
 Vrbs armis? potuit verbis: non ne arma filebant,
 Et verbis tandem ceciderunt mænia, turrets?
 Doctiloquos Academia, num Collegia doctos
 Non habuere, & num deerant alimenta, cibique,
 Militibusque dapes largæ, num pabula turmis?
 Non forsan fuit ac armis, & milite plena?
 An fuit & longo interuallo fessa dierum?
 Certa POLONORVM constans non auxilia, ipsam
 Debit aut non promissam expectare salutem?
 Obsidionales leges, exempla monebant,
 Atque tremens subito lapsurum absque ordine Regnum.
 Ipse monebat amor, laus Regni, propria saltem,
 Ipse DEVS dederat cor, dextras, mænia, ferrum.
 Urbem cur Sueci tutant, cur tempore tanto?
 Indica: Non Homines sunt Sueci, vt sic ue POLONI?

An

Iubet Cra-
couia orare
DEVM, pro
Rege & No-
bilibus, &
desinit lo-
qui.

Vetula Ma-
ga Polona
alloquitur
Satyrum in-
crepans Vr-
bem, & Ciues
Cracouien-
ses de dedi-
tione, &
quod Cui-
tas fuerit si-
bi in culpa
malorum.

An Sueci nostrum Adam non habuere Parentem?
 Fare, age, quidue files? quid mente reuoluis inepte?
 Respondet Tunc Satyrus: Virtus forsan tua defuit alma:
 An voluit, potuit ue diu defendere fortis
 defendit Vrbs se, non locus ista petit, meliora putanda.
 Urbem.
 Excusat In- Nixâ bonis debet laudari intentio rebus,
 nocentem in- Sæpius & contra mentem rerum exitus extat,
 tentionem. Nec mesti infontem perterrent exitus ipsam:
 Mens ignara mali fælix, & casta pudoris:
 Ipse DEVS scit corda, probos sed fallere Mundus,
 Sæpè DEO coram melius quam fallere falli,
 Nec semper fallens laude est, & carmine dignus;
 Sique fides Suecùm mansisset, certior Urbis
 Sors euasisset belli execranda, pudenda.
 An belli tantam fortunæ credere sortem,
 Et melius fuerit Ciues, ac perdere ferro
 Urbem? ipsam credis ferro, nec linquere pæcis
 Debebunt Sueci? aut ibidem per secla morari?
 Fata viam inuenient, Tempus testabitur vltra.
 Murales pugnas, Urbisque futura docebunt
 Promptius & Germani: Nil transacta iuuamus?
 Hospes ego, inscius & causæ, nec tempore præsens,
 Nec tibi, nec cunctis rationem est reddere facti:
 Tu fileas, possunt tibi si modo parcere flammæ
 Satyrus in Tantisper finem belli, Suecùm, Urbis & audi.
 Inferno pro- Nostra fides Urbem vastat, protectio cunctos,
 sequitur Hi- Sic iuramentum, Plebis data munera, nummos,
 storiam bel- Seruitia, argentum, ædes, sicquæ rependimus escas;
 li. Falsa deinceps vos Ciues, vos corda cauete;
 Rara fides Hominum, Suecorum pessima semper,
 Ex hoc mendaces iterum mentirier illis
 Vellemus populis, vna est ea nostra voluntas
 Concordans, nobis hostes confinia claudunt;
 Mors nihil est nobis, thesauros perdere durum est
 Mortalisquæ genus vindictæ, mentibus horror
 Immanis rabies, nouitas, pudor, atque flagellum.
 Linquere Craciadum muros, turretsquæ, fouentes
 Durius & Ciues durè inseruire coactos,
 Ædibus ipsorum victu vallamur, & auro,

D2

Haud

Haud licet auratam, & pinguem dimittere sortem:
Fraudis filioli nos Urbem cedimus, Urbem

*Narrat Sa-
tyrus aduen-
tum Transil-
uanorum.* Nequaquam, vrbicolas miseros, quos tradimus omnes
Hostibus ipsorum, plebi mentimur & illis,
Hungaridis Urbem integram nec linquimus istis.

Hungaridæ, Turcæ, seculæ, sabathæque, Cosacci
Ignari veniunt, citius discedere doctos,
Et fraudis satis expertos compellimus, ingens
Nostra vocat doctrina rudes, dum deficit omne
Nobis auxilium, sacri promittere montes
Auri scimus, nec plumbum seruamus iniqui,
Et si victos morte, fame, obsidione resoluunt.

*Transilua-
norum &
Suecorum
pars ab alte-
ra colludi-
tur.* Fallimus immentos acie coniungere nostros
His promittentes, condunt obscena sepulchra,
Innumeros ducunt illi, sed munere martis
Experts paucos, omnes quin munus aratri

Ruricolas timidusq; senes, nos fallimur inde,
Nostraque fraus duplex partes deludit vtrasque,
Et punit fraudem fraus, fallens fallitur: Extra
Mittimus ipsorum multos, multosque per oras
Lechiadum, vt nostræ parti auxilientur; ab orco

*Belli noui
anfractus.* Prælia conglomerantur, tetra ponere cædi
Fessa petit finem tandem satiata cruore
Mors, negat at Suecis, seculis Bellona salutem
Principium belli credens oblita malorum.

*Transilua-
norum clades.* Quot defloratas boreali flamine frondes
Siluis extensos immensis fundere ramos
Cogit hyems, Animarum illis tot vincula soluit,

*Circumuen-
siones Sue-
corum in
Transilua-
nos & Ci-
ues.* Et fugit ipse Charon remi perterritus artem.
Imperio Ciues Pannonum promptius omnes
Atque nouo iuramento subeunte querelas,
Imperio denuo Ciues connectere nostro,
Ac ipsos seculos, & Transiluanica castra,
Craciadumque fidem pro argento impendere scimus;
Munera militiæ, & belli primaria nobis
Ac Populi seruamus, mox discedere cuncti
Iuramus, cunctis in nullis verba tenemus,
Verbis, versutia, cunctamur & omnia fraude;
Dum certant Pannonæ, & mactantur aperto
Campo, verberibus reliquos mactamus in Vrbe:

Prisca

Prisca fides Suecorum, tum tutela salubris
Protegit hos illos, & perfida prodijt omnes.
Barbaricos ergo populos sine fronte vocamus.

*Hæretici Po-
loni contra
Patriam, &
propter bo-
num publi-
cum expel-
lendi à Re-
gno.* (Hæretici Regno Proceres Ariana sequentes
Dogmata cultores legum, istiusque Senatus
Consilij, opere ignem, iras & sanguinis addunt
Crudeles Patriæ vastantes viscera tota)

Pellite Catholici Hæreseos, si viuere vultis
Tuti, Rarò Lupus fallax concordat & agnus:
Nos simul interea multos, multosque colonos
Flammis & ferro pagos lacerare studemus,

*Cosacorum,
Transilua-
norum &
Suecorum
inuasiones
deuastatio-
nes, & cru-
delitates.* Vrbes, rura, domos, arces, pagosque virentes,
Dulcia pastorum, & cunctorum pignora rurum
Prædamur pecudes, agnos, armenta, bouesque:
Quis notet assiduos agnorum ruribus altos,

Raptorum villis armentorumque vlulatus?
Quos modo si coner numeris æquare loquendo
Ionij fuerim ante maris dimensus arenas,
Errantesque prius stellas, fixasque notarim;

Sed teneras rapiunt alij, dulcesque puellas
Ortu, moribus insignes, formaque decoras,
Mollia tunc etiam discindunt stamina vitæ.

Mitior ah Phœbus, quare non sydera plangunt?
Cur iuste pro ipsis certant non fulmina cæli?
Gentis sanguineos humanæ, fundimus amnes,
Infantes, Matres, sacratæ gentis ab aris
Templi cultores, Erebi scelerata tenentes
Martiriorum, & pænarum Dæmonica stupra
Mactantes rabie insani, cæcique furore
Et seculæ, Transilvani, Sabatæque, Cosacci
Imbelles populos, sexus cunctosque trucidant,
Lechiadumque soli reliquum diffundimus igne.

Sic tuus occubuit dulcissima Lechia fulgor
(Proh dolor) Heroum magnum, excellensque theatrum,

*Satyrus de-
flet, & nar-
rat deuasta-
tiones totius
Regni Polo-
niæ, condo-
lendo ipsi.* Funereo plangis plagas cooperta cupresso,
Vulnera, damna luis moriens, dirosque dolores;
Vrbes puluerulentas, atque palatia plangis
Tu Mundi robur quondam pulcherrima MATER.

Puluere succubuit totum, quod dextera longè
Seclis Lechiado æternis dicauerat Orbe:

D3

Iliacæ

Iliacæ moles, arces, & pergama terris
Fracta, & scissa iacent tacitis clamantia tumbis,
Et nos puluis, & umbra sumus, concedite fædus
Vobiscum tumuli, si tellus ipsa POLONA,
Ehu si nos omnes capiet, quippe est tumulanda
Sarmatiæ maior magno alta ruina sepulchro.

*Narrat En-
comia &
Victorias
transactas
Regni.*

Arua Boristhenis, Tanais' velocis & vndas
Purpureas Volgæ, & Nestris iam tingere cæde
Sanguinea tu quæ potuisti, & spernere fastum,
Armatas acies ferri grauioris onustas,
Innumeros equites multo ferro cataphractos,
Terrore immensa, & numero Teutonica castra
Sternere quæ potuisti, ac profligrare triumphis;
Tu, quæ Chocimeas victrix præscribere leges
Osmano indignanti ausa es, & fundere vires,
Ingens quas Asia, ac simul ingens Africa misit;
Martia Belligerum Genitrix, Regina Ducumquæ
Magna Parens Bellonæ, bellorumquæ Minerua,
Gloria castrorum, & belli, tu pompa Gradiui,
Tu, cui sola fuere dapes præclara Trophea,
Et studia armorum, tu, tu victoribus vna

*Encomia
Polonia.*

Armis condecorare manus, quæ necere palmas
Nominis æterni, ludo & formare triumphos
Quæ scis viribus, & bello imperterrita semper;
Tu, quæ non multis lapsis redeuntibus annis
Octo iam centena Virorum millia Marti
Bereszteczka sub arua tuis, & subdita iussis,
Et quatuor centena habuisti millia demum
Russorum, simul Imperio connexa POLONO,
In Lechos quamquam pugnis coniuncta Cosaccis,
(Exoticæ testatur quod sententia gentis)

*Vires belli-
ca Regni
Polonia.*

Omnia bis sex centum millia, totque Phalanges
Armis Gens simul, vlla vnquam respexit & atas.
Funeribus nunc nota tuis, & clara ruinis
Victima flammiferas ceu pertransfixa per aras,
Ac vilis, neglecta iaces, miseranda vel hosti
Seruitio educi poscis socialibus armis
Sollicitans iisdem votis, quibus ipsa precando
Germanas, Moscasque manus in fædera iungis,
Ostentasque neces, & adhuc fumantia longe

*Afflictio
Polonia.*

Moenia,

Moenia, & indignas abreptas vndiquæ prædas,
Perfidiam quæreris Suecùm, promissaque læsa,
Proque fide abrupta poenas ex hoste reposcis.

*Narrat Sa-
tyrus disor-
dia exem-
pla, & da-
mna.*

O, vanas Mundi vires, ô Funere pompas
Collapsuras, ac Mundi incertissima cuncta;
Certius in vita nil, quàm mutatio rerum;
Subuertit Tempus, Mors, & Discordia totum,
Hac prius Imperij sedes augusta Latini
Occubuit, Turcæ Imperijs seruire coacta

Grecia.

Grecia virtutum quondam clarissima MATER
Flebilis & miseranda iacet, lugens sua damna

Hungaria.

Auratos lacerat diues Pannonia crines,

Germania.

Temporibus mærens nostris Germania prudens
Ciuiles quadragenis lachrimauit in annis
Rixas, Danubiusque Pater ne damna suorum
Natorum aspiceret cæcis sè condidit antris,
Et sua Danubides liquerunt flumina Nymphæ;

Gallia.

Iamquæ dealbarunt toties in pallida rixæ
Lilia belliferis auro fulgentia Gallis,
Et victrix crebro ciuili fœda cruore
Gallia Regali cingens diademate frontem,
Gallia, quæ titulos meruit CHRISTI ipsa supremos
Sanguine tutando Diui pia limina PETRI,
Dissidijs perturbata auxiliariis armis
Languida suspexit redimi sè maxima Princeps:
Denique multa internarum inclinata recumbunt
Causa rixarum Mundo languentia Regna
Collachrimandum passa iugum, externosquæ Tyrannos,
Vinctaque compedibus duris onerata catenis:

*Solatur Sa-
tyrus Polo-
niam & o-
mnia bona
ipsi omina-
tur.*

Lechia tu siste à lachrimis, tu deniquæ siste
Iam satis extensos Regales scissa capillos,
Et niueos laniata sinus, pectusquæ decorum,
A lachrimis siste, immortalis parce dolori,
Cogitat, & te vult antiqua in sceptris reponi,
Ac maiora DEVS, Regni successor & idem
Primus erit fælix, & vult fælicibus astris
Omnipotens te detrectare iugum omnibus annis:
Regales vertent acies, Aquilamquæ fouebis,

Lithuania.

Et socius LITHVANVS equo vir fortis, & ausu
Intrepidum glomerans enses consternet arena

Castra

Castra triumphalem quærens sibi sanguine lauræam;
Respicit, & tutat Lechos Regina suavis
Externo LIBERTAS regnare incia REGNO.

Moscouia. Et quæ nunc latis regnat Moscouia campis
Argenti, atquæ auri fuluis generosa metallis,
Ingentiquè valens equitatu, vique pedestri
Magnam sè sociam sceptro tibi iungere amico
Nititur, & Regali ornari munere fronte
Vno Lechiadum, atquæ suo Moscouia Tellus:
Maximus imperitat victor REX orbe POLONVS,
Sic bello incipiunt REGNO aurea secla redire
CASMIRI virtute tui, fato, omine, REGIS,
Sic locuples frondens Astrea redibit oliua:
O quantum sueci ipsa DEI, quam nomina cæptis
Obsistunt longè vestris, quam perdere mentes
Ambitio vesana potest, erit optima testis
Lechia cum fama, Moscouia, suecia vestra;
Lechiadis fortuna fluet ditissima Cælo,
Expectata dies aderit, quæ sæpè petita

*Relligio,
splendores,
& ornamē-
ta Regni
aucta redi-
bunt.*

Auroræ in populos indictis vndiquè bellis
Ipsa Crucis tandem depellet finibus hostes,
Cunctis Pontifice à summo expectata Tiara
Extradet simul arua pijs habitanda colonis;
Vrbes florebut, rura & sensura salutem,
Solis & æthereis radijs lustraberis alti
In priscum reditura aurum, Phœbiquè nitorem;
Fulgura reddentur Martis tibi prisca paterna,
Errorumque deinceps dogmata falsa recedent,
Perquæ tuas aras trinum venerabitur vnum.
Numen, & expandet Fidei concordia leges,
Ac STANISLAO reddentur Tempia beato.
*Satyrius se i-
psum obiur-
gat vt Polo-
nie bend o-
minetur.* Talia sed stupidum quis nam mē dicere cogit?
Inuisas cæsus possum ergo extollere laudes?
Aut possum Romanæ Encomia Relligionis?
Inuisæ Gentis gratos mihi flere dolores,
Debeo num fortunatos celebrare Triumphos,
Num formidandamquè meam contemnere Gentem?
Aut lingua, & mens mutauit cum corpore formam?
*Dicit de se,
quare Saty-* Curat vera loqui SATYRVS, nec parcere nulli:
Nec seruare placet scripto, & sermone decorem:

Iudicium

*rus liberè in
omnes lo-
quatur.* Iudicium Omnipotentis, cælorumquè potestas,
Iustitia, & parcens nulli orcus dicere cogunt.

*Ad Inferna
descendit
Magnus
quidamsue-
corum, &
secretò allo-
quitur Plu-
tonem.* Tercentum septus socijs Athleta Gothorum
Vnus, Lechiadum penetrans quem miserat ensis
Inferno, ad stygias Heros descendit arenas,
Vt ue fuit rabidus coram execrabile Ditis
Numine respexit flammæ, genibusquè reflectens
Auribus excoluit Plutoni multa secretis.

*Sueci in In-
ferno coram
Plutone de-
ponunt ve-
xilla proli-
gatarum
Militiarum
à Poloniæ.
Satyrus de-
nuò tacet.* Ordine funereo multi vexilla sequuntur
Post ipsum gestantes diræ insignia sortis,
Lechiacis palmis, consumptorumquè suorum
Transportant orco tristis monumenta pudoris,
Plutone & coram flectentes singula ponunt;
Aspiciunt Damnati, miranturquè Phalangum
Et vexillorum descripta emblemata verbis;
Ipse Tacet Satyrus, flagrans & tota charybdis.
Sed dum Suecorum Phlegetontis Stemmata in æde

*Author ad
Sacram Re-
giam Maie-
statem Po-
loniæ.* Traduntur, nigra mæsta & vexilla palude,
Optime REX CASMIRE inuicta POLONIA sceptris
Imperitata tuis nunc te solo auspice poscit
Augustum Populi, defensoremquè fidelem,
Supplice teque pium conclamant carmine REGEM

Europæ Populi, ipsorum defendere causam
Communem poscunt, CHRISTIQ; VICARIVS vnus,
IMPERIVM Romanum, Te Inuictissime Princeps,
Te poscit, cuius sceptrum Lechia iussis.

Parens in cælis supplex tibi numina iungit:
Cogito subiectas acies, fortesquè POLONOS,
Vt vibrans iustum ensem, Altaria, Tempia, sacrosquè
Indictos superis vindex tuearis honores:

Tu modo Pacis Honos, & gloria maxima belli
Magnanimos imitans, factisque ingentibus æquans
LECHOS, BOLESLAOS, inuictosquè STEPHANOS,
CASMIROS Magnos, Regum columnenquè, decusquè

*Sigismundus
Rex.* Grande SIGISMVNDVM sanctum, dignumquè Parentem,

Vera seges Mundi, & cæli ditissima Messis,
Qui Pater & Regum fuit, & Mundi Arbiter vnus,
Cæpta VLADISLAI Augusti inuictissima fratris,
Talia, quæ vidit nunquam per sæcula Phœbus,
Par pietate illis, par bello, Maximus armis

*Vladislaus
Rex.*

E

Eripe

Eripe Regna tibi Proauito debita iure:
Eia Triumphator iam deijce morte superbos;
Cesareo siquidem Regales ordine vittas
Cingeris, & latè imperitas REX Magne POLONIS
Aucturus Regni fines iusta arma sequendo,
Hostequè deleto magnas ornabis vtrasque
Vistuleas spolijs ereptis vndique ripas.

Tu REX spes Europæ, cui vna, & Trina potestas
Inuicti Regni moderari celsit habenas,
Iustitia incertum maior pietate, velarmis
Iustitia at certum, pietate supremus, & armis,

Author ad Senatores, & Nobiles Polonia. Vos quoque, qui sacro conscripti stemmate PATRES
Iura datis, colitisquè DEI pia numina CHRISTI,
Vos quibus exornauit tempora vestra Thyaris
Sacra Crucis sanctæ IESVS Vexillifer altus,
Vosquè SENATORES magni, qui pondere tanto
Et Regni fertis fasces, trabeamque potentem,
Heroes omnes Martis, quos Patria nutrit,
Quò pietas, quò laudis amor, quò fama perennis,
Promissiquè comes cæli spes ducit hiantes,
Quò vocat & sanguis, luctus, quò clamor ad auras
Accelerate viam, audacesquè capessite tela
In sauos inimicos iustum stringite ferrum:

Ipsè Deus, & Beatissima Virgo Maria defensionem Regni iubet. Vos pia in arma vocat Clerus pietate coruscus,
Qui lachrimis, precibusquè DEO pia sacra celebrans
In pugnas, palmasquè nouas vos suscitât, immò
CHRISTVS in arma vocat, vos inquam CHRISTVS ab alto
Dux exercituum, fortisquè in prælia CHRISTVS,
Pignora grata relinquens vobis, maxima Regna
Qui reliquit, tandemquè suo vos sanguine lauit,
Dignatos cæli stygijsquè exemit ab umbris.

Templum Czestochouiense Author commemorat, & Miracula sacratissime Virginis Mariæ. Vos vocat Empirea Induperatrix VIRGO MARIA
Sponsa DEI, Nutrix, & Custos, Filia, MATER,
Quæ sibi sacra colens, vobis & mænia Templi
Claromontiadi perstructæ cælitus arcis
Effigie Diua cæli Capitolia fundat
Regno, conuertitquè ea nunc in mænia vestra,
Munera vbi cælestia CZESTOCHOVIA præbet,
Arx ceu cælestis quæ CZESTOCHOVIA tutat
MARIÆ. Vos omnes vllum non defectura per æuum

Confrangens

Confrangens inimici formidabilis iras:
Gratia tantorum præsentia postulat arma,
Templa profanata vt gentes ablata reponant,
Oppida, Rura, Vrbes, vobis pacemquè relinquunt,
Excelsis profligati & vos laudibus ornent.

Denuò Author ad Nobiles Polonia. Vos PROCERES tandem fædus concedite sacrum,
Vos, quibus audactèr sunt facta imitanda POLONUM:

Nominat præclaros in armis defunctos Polonos. Cernite ZAMOYSCIOS Magnos, & ZVÏKIEVIOS, ac
Intrepidus CHOTKOVICIOS, Magnosquè KORECIOS,
Armis præclaros, KONIECPOLOSQVÈ feroces,
Doctos FIRLEOS, ac Magnanimos LVBOMIROS,

Tum KAZANOVIOSQVÈ pios, aliosque nitentes
Lauræa, ac armorum sceptris, vi, nomine, factis,
Bello, fortuna Induperatoresquè vetustos:

Atque FERESBECIOS, præclaros VISNIOVIENSES
Fortes KMILESOS, alios, qui prima tenentes
Bellorum studio fulserunt limina Mundi;

Sed quorsum exemplis alijs ingentibus acres
Adjicio stimulos? haud irritamine tali

Est opus: Inuictæ cognosco robora Gentis,
Ingenuos Animos vestros, generosaquè corda.

Nobilium Polonorum Laudes. Vos Patrij PROCERES præclari brachia Martis
Haud nil dissimiles animis ingentibus illis,

Degeneres haud nil vestris, qui viribus estis

Armorum Rectores, Magni Pace, vel armis,
Quærere quæis est Catholico certamine lauræas,

Vos, qui sapius & perfusis cladibus hosti
Illustres multo collato munere Sacram

Romanam in sedem meruistis iure vocari
Et scribi titulis Domitores Principum, & vltos

Incitat Author Procures ad auxiliandam Patriam. Romanam sedem defensauisse Othomanis,
Auxilijs, opibusque nouis sacra tela parantes

Deproperate citi, REGEM curate iuuandum,

Quem DEVS è cunctis Heroibus ipse regendo,
Quos Mundo dedit, & spectat sol aureus axe

Vestrum ipsum, miseransque miserrima sæcula legit,
Cernite Regnorum, & Virtutum certior Hæres

Sacra Regia Maiestatis Poloniae Exvelfa Encomiæ & laudes. Ipse SIGISMVNDI omnes in certamine promptos

Concitat, inque acies suecorum tela ferendo
Militibusque impartit opes, veteresque recludit

Thefauros, aurum REX prodigus omne profudit,
 Atque hæc ipse potens in bella gerenda IOANNES
 Cimbriacæ, IAGELLONÆ vna inuicta propago
 CASMIRVS domitor Suecùm, columenque, decusque
 Sedis Romanæ, Europæ, ac simul Arbiter Orbis
 Prostratus, supplexque DEI pia numina placat
 Belli castrorum Rector, Terræque patentis
 Auctor, fundator Palmæ certissimus huius,
 Vester & est Ductor, spes, REX & vbique per hostes,
 Hoc Duce congressi pugnas en obite secundas,
 Hoc Duce Bellorum euentus sperate futuros

*Prælocat
 Author ite-
 rum Proce-
 res Polonos
 ad defensi-
 nem Patriæ.*

Fælices, & vos omni certamine primos.
 Vos, Vos nunc Patriæ languentia tempora poscunt,
 Vos Populi genibus flexi, Vos corde precantur
 Matres, Nati, Rura, Vrbes, Altaria, Ciues;
 Rumpite torporem gladijs, Martemque morantem,
 Ereptas Vrbes, arcesque requirite ferro,
 Labentis iam Regni, implorantisque ruinas;
 Fundite Pannonos, Suecos & sanguine, ferro
 Hos prædatores, hos debellatæ superbos;
 Fulmina subiecit vobis, ac intulit enses
 Vestris Omnipotens dextris, defendere, Vos vt
 Tempa queatis, Vota, Aras, ac ossa sepulta,
 Effigies Diuum, intemeratæ Tempa MARIE
 Iustos atque Sacerdotes, Manesque beatos,
 Vxores, Natos, Vrbesque, laresque paternos
 Infidos Patriæ pellentes protinus hostes:
 Hos, hos nunc hostes petite, & communibus armis
 Fortunas & opes, argentum fundite vires:
 Nunc lectas equitum turmas, bellicque cateruas
 Mittite, præsentemque manum huic conferte duello,
 Oblatæ sacræ neu vos subducite palmæ.

*Author ad
 Urbem Dan-
 tiscam, &
 Leopolim.*

Tu quoque clara Vrbs, tu seclis DANTISCA vetustis
 Sanctius ordinibus perdocti intacta Platonis,
 Et cui tempore longæuo aurea viuitur atas,
 Libertasque viget Regni discreta POLONI,
 Emporia & venerantur quam modo Baltica cuncta,
 Luxque, Laterna Maris lauro redimita fideli,
 Dum bis dum frustrata suis Elbinia captis,
 Atque fide quondam sapiens Torunia deslent,

Dum

Dum tua clara fides, & amor notissimus omni
 Sarmatiæ collucet, dum quasi fulminis instar
 Urbibus atque pudorem, tristes suscitât iras
 Intrepidi Russorum consociata leonis
 Marti feruenti exempla alta Leopoliensis,
 Subsidia auge, & serua, huic eia incumbite parti
 Vnanimos Vrbes ambo, & super addite vires,
 Clarius hinc vobis cognomen rebus ab ipsis
 Addentur titulis insignia nomina iustis,
 Proque fide intacta orbis iustos reddet honores,
 Auçtaque per memores fulgebunt nomina fastos.

Zamoscia.

Illustris, Virtute, Fide, ac ZAMOSCIA florens,
 Ingenioque potens, forma, studioquæ Mineruæ
 Fossis vallata, & forti circumdata muro
 Fastum deridet suecum, ipsum & carcere punit:

*Surgit à
 Plutone*

Iam suecus stetit ille nouus delapsus in orco,

Suecus A-

Surrexit Plutonis ab auribus, alta loquutus

thleæ, Pluto

Scire licet nulli, precibus Proserpina consors

Irascitur,

Plutoni secreta petit, negat ille, furensque

Proserpina

Dentibus infremuit, magis, ac magis ipsa precatur.

petit Ratio-

nes inæ, & Nec potuit tandem vxori celare tacenda,

Pluto dar

rationes iræ

sue.

Non opibus totis Erebi, non viribus vllis
 Agmina Suecorum belli res posse iuuari:

Iam periere, simul laus, nomen, gloria, Virtus:

In Suecos pugnarunt Mars, Fortuna, POLONI

Iustitia, & cæli, sanguis, iniuria, luctus:

Ingentem tenebrarum Regnis esse futuram

Vmbra testatur Pluto Dux igneus ira

Ex bello iacturam, depellenda Luthera

Dogmata sunt Caluina, Ariana nefanda,

Pluto tum

Flens Arianorum sortem, tetramque ruinam

toto Inferno

(Magni Primates Erebi per secla fuere)

doleat Aria-

Clamat, conquassatque pedes, & feruidus vrit,

norum sor-

Diuellit crines, flammis & lumina complet,

Ardentes vertit flammæ nigroque colore,

Satyrus de

Cunctaque mesta dolere iubet Phlegetontidis arua;

fuga ex In-

Infereo satyrus correptus corda pauore

ferno consu-

Ardet abire fuga, turpemque relinquere Ditem,

lit, nec licet

illi Pluto, quò nequam, siste, vltima fare

vsq; ad finem

Impia bella mihi bona conculcantia sortis,

Narrationis

totius belli

ipsi exitus.

E 3

Nullus

Nullus abire potest, stygios nec linquere flexus,
 Sed satyro licuit foli discedere, gratus
 Hic Arianorum, & Suecorum Nuntius ore
 Hoc fruitur, cantu quo iam semel Orpheus ipse,
 Iste tamen lachrimanda expertus tartara iurat
 Esse lubiturum, nec Suecorum amplius arma,
 Pallidus extimuit sistens perterritus inquit
 Ingentes connectuntur denuo vndique turmae
 Extremum mortis conatum, extremaque facti
 Prælia laturæ, alterius seu funera partis,
 Partis seu ira ex istis vtriusque recumbet;
 Sed iustam causam DEVS adiuuat; Orbe relictum
 Infontem nullum dimittit dulcis IESVS:
 (Contremuit Phlegeton totus, stygiæque cauernæ,
 Hocque serenauit fantis præcordia nomen)
 Victricem Regis canit omnis buccina dextram,
 Cuncta tonant Procerum resonantia timpana laudem,

*Satyrus de-
 nuo loquitur
 & tota Hi-
 storia, & o-
 pus conclu-
 dit.*

*Narrat Sa-
 tyrus princi-
 pium extre-
 ma obsidio-
 ni Cracoui-
 ensis, & to-
 tam obsidio-
 nem, & de-
 ditionem Ci-
 uitatis Sacre
 Regia Ma-
 iestati.*

*Campus Po-
 lonorum sub
 Cracouia.*

*Multitudo
 Militiarum
 Polonarum.*

Victricemque Aquilam pandunt volitantia signa.
 Agmina perueniunt tandem exundantia longe
 Gentis Sarmaticæ, ac iam vasto limite complent
 Cracouiæ arua procul, concludunt mœnia circum:
 Linea fixa solo fune hibernacula surgunt
 Aedes campestris Martis, varioque colore
 Tot numero, frondes pandit quot proxima silua:
 Sidera cunctantur belli fortem æmula Terræ,
 Arrident campi fastum quem lumine ditant,
 Et ditat Campus nocte ardens lumine Cælum,
 Et Cælum campus, campus cælum esse videtur,
 Luminibus campi certarent sidera, Phæbum
 Imperio lucis si non submissa timerent.
 Nixa solo Diues collucet gaza Gradiui,
 Quam super interea decertant lechica signa
 Ventis, & pandunt Aquilas trepidantibus albas
 Alis spernentes crebris remeatibus hostes:
 Vndique iam bello, ac igne arua extincta feroci
 Milite complentur: cælum vndique, & vndiq; castra
 Spectantur, magnisque Ceres flaua abstinet agris,
 Horrendasque vices Bellonæ prospicit ortas,
 Culmina tum frugum versa in tentoria Martis;
 Horrescunt armis campi, nec Grecia Troas

Tot

Tot cinxit locuples, nec tot tulit agmina Xerxes:
 Vallantur fossæ magno, sæuoque labore,
 Impauida extolluntur propugnacula sursum,
 Circumuallantur tormentis peruia quæque;
 Vrbes Martiadæ in Urbem consurgere plures
 Creduntur, vires quæ claudant Martis, & omnes
 Iras; mirantur cæli, atque futura repositunt:
 Tantæ molis erat Cracensem soluere gentem.
 Æstuat interea ipse calor virtutis auitæ,
 Noster & Heroicus pugnandi in cordibus ardor,
 Bellica nec muris patiuntur corda recludi,
 Cunctamur Martem, Martem cunctamur aperto
 Campi congressu vario irritamine pugnae
 Obuiam, & intrepidi procul vrbe exire, locosque
 Audemus septos armis inuadere, castra
 Haud paucos timidos nec terrent plurima nostros:
 Montibus vt licuit denuo componere montes
 Expugnaturis cælum dementibus, olim
 Terræ sic licuit natis desistere captis,
 Babileam Regi imperfectam, & linquere turrem:
 At prius in castris nobis fortuna fauebat,
 Iam modo mutatur fortis certamine ludus,
 Intrepidisque licet nobis exire, licet sed
 Consuluisse fugæ, licet & sè abscondere tectis,
 Et promptum nobis pugnarum discere finem;
 Incitat audacem pariter dementia murem
 Quærere per siluas dirum, & profligare Leonem,
 Pœnitet & sæpè inceptorum martia falsa;
 Frustra coercemus Germanis fundere vallos
 Illos complentes, & nostro sanguine fossas.
 Postquam vallorum circum alta cacumina fundant,
 Tormentisque locos, quibus Urbis mania vastent,
 Atque globis vacuo dire resonantibus ære
 Viscera dilacerata magis sibi Cracea pandant,
 Vt ue ruina recens tollat magis ipsa ruinam,
 Ac vbi possint ferro, & socio igne mederi,
 Rectius intactos maiori funere suecos
 Cladibus obsessos Ciues, seque ordine seruent
 Lechi consulere, infontes seque periculis
 Vt iusto tandem bellorum munere reddant,

*Inuadunt
 Sueci Polo-
 nos.*

*Exemplum
 contra Sue-
 cos Giganti-
 um motibus
 certantium
 contra Deos,
 & Turris
 Babilonie.*

*Fugiant Sue-
 ci ad exem-
 plum muris
 contra Leo-
 nem.*

*Circumual-
 lationes Po-
 lonorum.*

*Poloni Sue-
 ci suadem
 deditionem
 Cracouie.*

Leges,

Leges, pacta quidem accepturi quæquæ propinqua
 Iuribus armorum? sed nec offuscatio mentis
 Annuit: Inuentos diros reparata per vsus
 Bellica, & ære cauo fufis tormenta metallis
 Igniferum Cælum, tonitruque imitantia fulmen
 Infremuere, & terribiles torfere fragores,
 Eiectura globos vallis noctuquæ, diequæ
 Quoufque abfcindantur Cracenfia mænia feffa.
 Ex muris itidem correspondentia Lechis
 Suecùm sulphureos reddunt tormenta boatus;
 Vrbs, & castra tremunt, fumo tonat vndiquæ tellus,
 Dixeris hoc ftrepitu Cæli subuertere moles
 Extremam lucem, Mundum, totamquæ Charybdim.
 Urbicolæ, pueri genibus, Matresquæ pauentes
 Flectunt, & lachrymis Diuos, Patremquæ precantur
 Æternum, aspiet bellum vt fortuna POLONIS,
 Incolumemque illis defendat sanguine vitam.
 Terror adest, luctus perterrent icibus atris
 Gentes, perterrent & ahenea fulmina bombis,
 Et murorum inuafio, terret militis ira,
 Quam subito pietasue, preces, & nulla coercent
 Prædarum effrenatus probrosiffimus ardor,
 Incitat atque malorum in cunctos dira potestas;
 Hinc pueri, Matres, flent innuptæque Puellæ,
 Anxia cura domus, & terror pallidus implet,
 Prædas qui ftupra & raptus, & vulnera, mortem
 Flammis, ac ferro nullo discrimine cernit.
 Vita Hominum certamen longius haud vbi ferrum
 Imperet, & ftellas posuit DEVS, æthere lunam
 Inuigilent dulcem vt nobis in nocte quietem:
 Mortales muti, tacitis & cuncta sub vmbri
 Carpebant lege Æterni quasi languida fomnum;
 Sidera præfentis ritu cernentia belli,
 Cinthia non armis fulgens, fed fulgida luce
 Excubias exercebat nocte vndique cernens,
 At sueci vigiles hostes, & castra timentes
 Somnum expellebant, nocturno martia cælo
 Fidebant ftellis noctis, nec bellica lunæ.
 Somnum fcindebant equitatu, tumque timentem
 Vexabant plebem, pauido Ciuesque tremore,

Sueci per-
 suasiones Po-
 lonorum
 fpernunt,
 Poloni Vrbe
 tormentis
 inuadunt.

Sueci etiam
 tormentis ex
 muris infe-
 flant castra
 Polonorum.

Terror Ci-
 uium Cra-
 couienfium.

Luna &
 ftella in celo
 nocte ad in-
 ftar militum
 custodias
 Hominibus
 exercent.

Sueci nocte
 inuafiones,
 & custodias
 exercent.

Sæpius

Sæpius & ftellas, lunam ignea fulmina Martis.
 Mittitur ac iterum Vrbi nuncius alter, & alter
 Arte fuafurus pacem, finemque malorum
 Sueciadis difceffuris à Ciuibus omni
 Conatu, aut pactis, his fi defiftere vellent
 (Imperio Martis pactis etiam arma virescunt)
 Vrbs fimul, ac Suecùm fastus resonante tonitru
 Puluere, morte, armis, ferro periturus & igne.
 Vana falus Vrbs, vana indulgentia muris:
 Illi fpernentes monita, ac prostrata putantes
 Fata POLONORVM peruerfa morte ruendo
 Strictius in muris clauduntur tramite valli,
 Fædifragis vrbis & quam obtinuere sagaces
 Urbem obdurati nolunt nunc cedere verbis,
 Sanguinis extrema cuncti defendere gutta
 Intendunt, frustra: Incertus rerum exitus omnis.
 Qualis criminibus feffanda per æquora turba
 Punitur remis perfcindens limpida ponti,
 Luctantesquæ rates ventis in gurgite tetro
 Pellit, nulla quies, & nulla cibi, horrida femper
 Ipsos plagarum miferos custodia præmit,
 Ac labor inceffans omni duriffimus hora,
 Sic cogunt plebem conuallare aggere muros,
 Quam plagis sueci, & castris Lechi igne refundunt:
 Mænia tunc muris circumdant ordine longo,
 Et belli muros duplices circum vndique formant
 Aggeribus prohibere vias conantur ad urbem
 Noftri constructis populi luctuque, vlulatu.
 Componunt muros circum pluresque POLONORVM
 Aggeribus montes extollunt, vndique foßæ
 Hic hinc custodire queunt, alacris noua belli
 Lechorum, & Suecùm ars fortalitia aßpera condit,
 Post quæ Suecorum spes conferuatur inanis:
 Æquora ceu formant vallis certantia ventis,
 Ac pugnaturi surgunt in bellica colles:
 Ipse futura regit DEVS, & præfentia cuncta,
 Quæ DEVS ipse potens non feruat, Regia cura
 Non valet prudens, nec custodire Senatus,
 Valli non tutant Urbem, arces, mænia, turres.
 Improba Transylvanorum, ac Pannonica castra

Denuo Po-
 loni ad Sue-
 cos mittunt
 Nuntios.

Sueci resi-
 flunt.

Plebem, &
 Ciues violē-
 ter Sueci co-
 gunt tempo-
 re obfidionis
 ad fortificā-
 dam Urbem.

Fortalitia
 Suecorum,
 & Polono-
 rum circa
 Urbem.

Prouidentia,
 & potentia
 DEI.

F

Dum

Transylvanorum Insidia. Dum procul ipsa latent, filuisque fugata recumbunt
(Hydræ infernales, crescunt ac ora recisa)
Crescunt & pariter, crudelesque resumere vires
Fato Erebi possunt tentantia soluere nostros
Ut prius obsidione, hostesque manent, neque Lechis
Villus adest terror, spernunt, concurrere certant
Multi interfecturi nostros agmine missi:

Germani propinquius accedunt Vrbi. Germani accedunt tecti magis aggere, vallis,
Tormentorum, & sclopetorum puluere, flammis,
Inuaduntque globis muros, & corda Getarum,
Fulmina sed tormentorum volitare domorum
Crebrò per alta queunt, populo dant sibila mortis,
Nec prohibere potest Phœbus, nec luna fragorem:
Sueci suspirant figentes oscula vallis
Vltima noscentes hos propugnacula vitæ;
Haud ipsis aliter belli solatio restat
Claudere se muris, ac expectare iuuamen.

Satyrus prosequitur r narrationem Historia. Quis nam bellandi fando numerauerit artes?
Feruens Martis opus, denuo arma silentia cessant
Pæe incertum, aut arte, noualia plurima vulgus
Pandere non dubitat, perplexus quærere causas.

Suecus in Vrbe interfectus pugna pompa funerea ad tumulam vehitur. Conditur interea tumulo lachrymatus inani
Vnus Suecorum luctu, cui plumbea vitam
Abstulit intrepido, ac iuueni, igne, ac sulphure grando:
Timpanidum sonitu vectum, raucoque tubarum
Exuuias mortales, languentemque sepulchro,
Belligeri iuuenes portant vexilla sequentes
Ductores omnes belli, martisque sodales
Consociant corpus: Vexilla nigrantia tumbam
Inuigilatura auro proclamantia laudes
Clamant & belli finem tristem esse Pheretrum.

Malum augurium Sueci. Conditur hoc tumulo suecis fortuna perempta,
Conditur & tandem belli iniustissima causa,
Militis exanguis condit simul arca cadauer,
Suecorum atque simul spes, languida Pompa sepulchri
Vna tegit palmas omnes, hoc funere Sueci
Bellum, quod tumulo credunt non condere condunt:
Condita Suecorum vertetur gloria, nomen
In cinerem, tenebris arcae conclausa putrescent
Elogia Alcidarum gentis vbi ossa putrescunt,

Sulphurei

Aggressus bellus in Casmiriam. Sulphurei strepitus nocturna silentia rumpunt
CASMIREOS pulsant muros, & cæca pererrat
Puluere, fumo, igne ars Martis denuo aspera sæuit
CASMIRIIS extremi belli nuntia pugna.
Scinduntur muri tormentis, terror vbique

Iudeorum pauor. Relliquijs IEROSOLIMARVM pectora turpis
Occupat, & credunt iterum GOFFREDA visuros
Arma, aut Vespasiani deuastantia plebem
Iudaicam diram IERUSALEMQUE nefandam,
Immanisque pauor sub terra abscondere viuos
Hos potuit timidos penetrantes ima domorum:

Impracatur Satyrus contra Iudeos. Ante obitum iustè tenebris ibi linquere vitam
Deberent, debent nunquam qui noscere lucem,
Carcere tectorum Ciues, lariumque suorum
Coguntur denuò, vellent ligamine vitæ
Solui, ni possunt bello sua mœnia solui:
Spes, timor, ac libertatis succensa libido
Continuis mentem infundunt præcordia curis,
Clauduntur domibus Ciues, sed perfida iussis

Ciues Domibus recti omnem belli ruinam, in Suecos exoptant. Impietas grauius contorquet carcere præssos;
Dulce refrigerium sunt his tormenta sub igne
Spem populo dubiam suecis vomitantia mortem,
Inuerso pectus permulcent iure pauoris,
Mortem plebs hosti, quid & est miserabile poscit,
Optant pænarum socio sibi funere finem.

Coguntur Ciues inferuire bellicis contra Polonos. Omnia compellunt Sueci seruilia muris
Incessanti opere, ac plagis perfundere Ciues,
Qui flentes exercent, quod vitare suaue est
Et prohibent manibus miseri, quod corde requirunt:
Murorum scissuras terra, & sanguine complent,
Cogitur atque suos Gens impugnare POLONOS,

Contra totas confirmata pacta. Quamquam pacta fides arcis contraria firmet
Iam stipulata manu, sacrisque recondita verbis:
Ciues atque recens scriptis promissio tutat;
A Suecis iterum Ciues transactio tollit:
Transyluano iuramentum hoc iussa coërcet
Ipforum Suecorum, hi submisere coactam
Iuribus & Transylvanorum fraudibus Urbem:
Nulla fides violata magis, sed nulla Tyrannis
Profunt; aspice quid possint obscena potestas

F 2

Armorum

Armorum, feritas Suecorum ac impia castris:

Gravi & longa difficultas in recuperanda Cracouia. Aspice CRACIADÆ grauius quam vulnera possunt Urbis curari, & priscam ipsi ducere formam

Quam grauius possunt acies, pugnae, agmina tanta; Urbs quæ continuò binos sit passa per Annos

Quinquies in duobus Annis obsessa. Obsidiones martiado certamine quinque

Prorsus nulla alia, at languorum percipe tandem

CRACOVIÆ finem, obsidionum ferre coronam

Quæ modo sola potest, ac imperitare dolore, Improba Suecorum cui desperatio mentis,

Digressio a tyri ad Damones de pertinacia & superbia Suecorum. Ira potens obstat, tumidique superbia cordis.

Vos Erebo turpes damnati corde colentes

Impia perpetuis seclis arcana superba,

Ex quæis militiæ cælestis primus alumnus,

Et gladifer MICHAEL Cælo vos expulit alto

Cedite iam Suecis fastu, cæcoque tumore,

Nam modo Pigmæi vos, illi mente Gigantes;

Sedibus igniferis vobis peiora timenda

Non sunt: Nil mirum, sæui si corda furenti

Fastu antiquo seruatis, Tormenta charybdis,

Bellorumque neces, propè sæuas carceris ædes

Hi sibi cernentes maiores pectore fastus

Conglutinantque, vomunt in Ciues perfidiora:

Cedite cuncta mala ipsis, his maiora supersunt:

Si victi Sueci, obsessi si milite semper

Insultant populo magis, Vrbi, Quidue putandum

Si Victores? Vos ergo huic iam cedite Plebi,

Ira quæ superat, cordis vos atque tumore:

Cauti estote, ipsi contemnunt Tartara, Vosque,

Fidunt & vobis, toto & Phlegetonte potiri;

Imperio prement vos, grábárkæque labore

Expellent infernales Acherontidis iras,

Vestras & vires, mentisque cacumine muscas.

Comitia Polonorum in Prosonice. Consilium magnum PROSZOWICENSIBVS aruis

REX, Proceres celebrant, hi discessisse putantur,

Sueci lætitia frustantur, legibus ortis

Et REX, & Proceres redeunt, ac obsidio stat.

Inuadunt Sueci denuo Polonos, & profligantur. Inuadunt Sueci audaces hostilia castra,

Rumpuntur cæde alta, plures gurgite flumen

Deuorat, & mactat ferrum, nox, ignis, & vnda.

Fulmina

Fulmina Lechiadum nocturnas flammea terrent

Vmbras sclopetis muros crepitantia circum,

Poloni in medio noctis bombardarum, & sclopetorum explosione perterrent Suecos, & Ciuues. Et pluit in muros sclopetorum ignea grando:

Excutit in medio noctis sæuisissima somnum;

Vox hominum cunctis terror fugat ipse quietem,

Et pavidus domibus dæseuit ad æthera clamor;

Nos contra pugnat nocturnus nubibus imber,

Et certant Elementa in nos, ac fata duello.

Clauditur agminibus pugnando Rector vterque

Suecorum, ac Transylvanorum, ac vnus ab vno

Rex Sueciae & Princeps Transylvanie seorsum campis obsessi. Longius obsessis aciebus posse iuuari

Non est spes Suecis obsessis esse iuandum

Illis, sic illis istis, fallens alit omnes

Spes: Armis Lechi, Sueci spe vincere credunt:

Vertitur in risum tumidæ dementia mentis,

Nam cum Transylvanorum sueci auxilia extra

Expectant, turmas Pannonum & garrula fama

Indicat auxiliando festinare potentes,

Dux Transylvanorum mittit iubet ut Poloni Vrbs restituantur. Transylvanorum mittit Dux vota, precesque

Fortuna, bello, pugnis, armisque refractus

Castris Lechiadum, quibus urbem cedere mandat,

Bella, vices primoque sui armorumque gerenti:

Qualis flos campi languet succifus aratro.

Suecorum confusio, & dolor. Suecorum fastus procumbens languet, & instans

Scinditur in varios mens, & præcordia sensus;

Et pudet, & dolet, atque timet, peruersa Dynastis;

Ciuiibus assidua, ac clero magis improba terrent

A, Terrore Tyrannus. Suecos contemnerata opera: ex terrore Tyrannus

Dicitur, aut stetit illius cum nomine terror;

Dicitur Miles à malo. Dicitur atque malo proprio omnis nomine miles:

Casu, & sæpè ferunt rerum sibi nomina facta;

Sueci sic uè. Vt sueci nomen quod sic uè & littera monstrat,

Vè sic suecis, qui semper fecere vetanda.

Nec retinere valent Urbem modo, nec dare possunt,

Nuper ab armorum Dominis oblata frequenter

Nec saltem belli pacta exorare POLONIS:

Læsa fides terret Pannonum, iniuria, damna,

Cædes, & Numerus, deuicti iussa Ducisque,

Sique fefellere hi Suecos, iam iusta secuti

Sueci, & Transylvani. Sunt pænæ, tollant pariter sueci ordine pænæ,

F 3

Iustitiam

inuicem sibi causa malorum, inuicem causam pannoniarum patiuntur. Iustitiam parti pars culparum altera reddat,
 Vt fuit & culpæ parti pars causa, & origo:
 Nunc petijisse solum, nunc non abijisse recenti
 Pannonum aduentu suecos iam pœnitet, inde
 Euentus torquet prædarum, corque fatigat.
 Talia sunt cælorum iniustæ præmia menti,
 Atque trahit talem sibi dira superbia finem,
 Vt dolor, & pudor, ac damnum perconterat ipsam.
 Consilij ergo, & lachrymis ea Suecica Pompa
 (Iniusti quæ sunt extrema dolenda Gradiui)
 Incumbit prorsus venturarum inscia rerum,
 Demeruisse bona, ac pia sero conscia solum:

Sueci Transylvanos decapitant. Concipiunt denuo fraudes, & strenua Sueci,
 Blandè militibus fessis, castrisque suadent
 Pannonum discessum, menti Principis actum
 Sit satis: Vngaridum menti sed non satis actum est,
 Reddere iussa petunt Lechis, non linquere muros,
 Ac Ciues iterum Suecis; discedere nollent

Transylvani & Sueci in Vrbe discordes. Pannonæ, potiantur ni prius vrbe POLONI:
 Inter consurgunt ipsos hostilia; rixæ
 Solantur Populum, terrent maiora pericla.
 Dum lenta cælum pluuia suspendere tentat
 Armorum conflictus, partis & iram vtriusque,
 Sulphureos saltem prohibens hostiliter ignes
 Lechiadum retinet pugnam, multisque diebus
 Castris aggressus, cædem, & certamina pellit.
 Cuncta suum tandem patiuntur limite finem,
 Et latis Vrbs castrorum binis sustinet annis
 Vim: tandem nobis cedendum est; Iusta voluntas
 Æterni, qui iusta petit, totumque gubernat:

Malitia & Versutia Suecorum incomparabili. Suecica sed floccipendens schola Græca Sophorum
 Testa Machiaueli, & perituri facta Sinonis,
 Suecica cunctarum fraudum versutia MATER
 Antiquo, & nouo Mundo inpenetrabilis vrget,
 Pulchrè & subuertit vertens velut æquora venti
 Pannonæ, mittitque preces, promissa POLONIS,

Sueci accepta pecunia à Transylvanis, vase os in Casimira relegat. CASMIRIA suspectos Pannonæque relegat
 Diuitis emunctos aurato lacte crumenæ,
 Et quamquam plures numero sint, callidiori
 Ingenio cedunt, & fracta mente recumbunt,

Offensoque

Offensoque ferunt Suecorum crimina corde.

Transylvani abeunt stentres infortunia sua. Discedunt, cedunt, quamquam illis cedere Sueci
 Debebant Ciues, Urbem, & discedere Regno;
 Cladibus immensis expugnati agmina plangunt
 Bello Transylvanorum extirpata suorum,
 Ignibus, ac ferro penitus sua rura, domusque,
 Atque fidem scriptis implorant Ciuibus vllum
 Templis, autue parasse vllis hostilia damna,
 Argentoque redempturi cum fœnore questus;
 Bellorum res bellorum inconstantia mutat,
 Gentis opem quærunt, qui iuramenta dedere
 Genti, iussa preces fiunt: hîc respice rerum
 In mundo plenos incertitudinis axes,

Fortuna instabilis. Fortunæque rotam ferrum, gladiique minaces,
 Reges quod nequeant Magni firmare Monarchæ.

Princeps Transylvanie infeliciter cum Põpa ingressus Cracouiam. Qualis Cæsarea redimitus fronte corona
 Belli post clades Tarpeias tendit ad arces
 Marte Triumphator pompa Capitolia ROMÆ
 Ingrediens, Transylvanorum Rector ad arces
 CRACIADAS tali pompa Dux agmina duxit:
 Infelix ehu, quæ plorandum est Pompa secuta
 Finem, castra trucidantur Pannonica cuncta:

Transylvanorum à Tartaris captorum numerus. Frammea Lechiadum, & quos non mactauit in aruis,
 Gens fera Dacorum captiuos duxit in oras,
 Pugna bisque decem læui dum millia captant,
 Ipsorum nullum in prolem, testemque relinquunt:

Reliqui non discunt. Isti discessu reliqui, lachrymisque fatigant
 Umbras, CRACIADVM & gentes sub nocte relinquunt:
 Certior Heroum ROMÆ fuit ipse Triumphus,
 Post bellum Victori, non Palma ante dabatur;
 Dum Cælum prohibet pugnas, & vincula Pacis
 Implorant nostri, quamquam non digna videtur

Iterum Sueci Ecclesias & cultum Diuinum in Vrbe claudunt, & prohibent. Impatiens pacem Gens nostra ex plebe securam
 Quærens Ecclesias claudit prohibens Holocausta
 Sacra DEO, Vota, & populi suspiria complet,
 Non patitur Gens consternata carere DEIQUE
 Auxilio, sancta atque ministeria vlla coercent
 Impia CATHOLICORVM Templis iussa Gothorum,
 Sed quod non potuere minæ, mandata seuera
 Intercepta potest Templorum cælica clauis.

Captus

Captus foedatur Clerus, qui contulit aris
 Sacra secretis, non infans Baptismate sancto
 Nexibus infaustis redimi datur ipse sathanæ,
 Sæua SACERDOTES Suecorum verberat ira,
 Et rabiem Calvinus discessurus inultus
 Testatur lacerans pietatem: perfida bello
 Tradidit armorum sortem hanc petulantia nunquam.
 Quidue timent Sueci periuria fœdera Templis?
 Quidue timere queunt vires, quid plebis inermis,
 Et gentis fessæ, clausæ, imbellisque, pusillæ?
 Hoc facit at vindicta, ira, & Pannonica clades:
 Militiæ ignari cælestis propria discant
 Sueci, sulphureus conclausi vt pulueris ardor
 Concrefcit magis, æternus concrefcit & ardor,
 Relligio, erga DEVM atque erumpit amor magis arctus:
 VRSVLA Diuarum Ducitrix, docuere Puellæ
 VIRGINEO vastum inundantes sanguine pontum,
 Quarum mille, & casta decem fors millia mortis
 Agmen, MARTYRIO, & celsus veneratur Olympus;
 Exemplo CHRISTI docuere & millia tot tot
 MARTYRIO clari Urbem, Romanosque Tyrannos:
 VRSVLA GRACOVIA docuit celeberrima Templo,
 Suecorumque minas, pœnas, nec iussa pauendo
 Quo Ciues Festo precibus veneranda colentes:
 Sacrificij æterni innocui sensere pericla
 MARTYRII, Templum Suecorum turba profana
 Ingrediens sacris contemnens pellit ab ipsis
 Sacra celebrantem Aris, captiuosque reducit
 VRSVLEOS, ibi fameaque decentia plura
 Arripit ornamenta, Viros, Temploque recludit
 Iniuste ob nulla extirpandos crimina pœnis:
 Hæc fiunt sub spe, ac oriundæ limine pacis.
 CRACIADVM Vrbs fœlix auratis digna coronis,
 Quæ modo ROMANÆ pietatis prisca sequendo
 Quæris per pœnas, hostes, per vulnera CHRISTVM,
 Nec tu bellorum titulis, nec laude carebis,
 Hoc factò haud dubitas, ardent dum bellica, CHRISTO,
 Dulci proque tuo factore impendere vitam,
 Auspiciū interea speratæ fume salutis,
 Paruis namque DEVS nostro sibi munere factis

Prodigus

Amor erga
 DEVM vi-
 olentus, quam
 magis prohi-
 betur ed
 magis con-
 crescit.

Sancta Vr-
 sula, & Vu-
 decim millia
 Virginum,
 & Diui
 Martyres
 Romani.

Ecclesia far-
 ta Vrfula
 Cracouia
 celebratur
 Ciuium er-
 ga DEVM
 zelo.

Laus Cra-
 couia, pro
 pietate in
 DEVM.

Prodigus immensi thesauri centupla reddit.
 Carpebat lassus pugnæ Mars fortè quietem,
 Morisque simul dulcem sorbebat fessa soporem,
 Certabant verborum, sermonumque duello
 Belligeri Heroes scrutantes legibus arma,
 Prædæ an sint transmittendæ, sit num hostibus aurum,
 Quæstio prima doli Suecorum ac vltima mentis.
 Sedibus empireis ostro redimita nitenti,
 Fulgentes descendit VIRGO soluta capillos,
 Extollit, mollis leuiter quos lambit & aura;
 Aligeri Iuvenes mediam duo veste niuali
 Ducunt fulcentes cæli splendoribus orbis
 Ante volat lentè pandens per nubila pennas
 VIRGINIS astriferæ custos, & nuntia ramum
 Gestat oliuarum viridem pleno ore columba,
 Lechica castra petunt, cælis, & nube relicta
 Pax stetit armorum vt medio VIRGO alma rubore
 Circumfusa genas (illi dant castra pudorem)
 Victrices palmas genibus venerata IOANNIS
 REGIS Lechiadum leges, ac sceptræ quietis
 Magni sub pedibus CASMIRI subiicit orans
 Vt fessos tandem inter Ciues sistere possit,
 Continuis fractos miseratus cladibus omnes
 Ciues ipse pius PATRIÆ PATER, atque Monarcha
 Gentis CRACIADÆ, Armorum simul Arbiter, & Dux
 Annuit, & hostes Sueci vt discedere possint.
 Non tamen in toto decrat pietatis imago
 Ac in suecos, qui nullam memere salutem;
 Musarum vt cecinit cuncta inter limina PRINCEPS,
 Talia CASMIRI Magni celeberrima facta,
 Parcere subiectis, & debellare superbos:
 Mæsta euersa liuonia, Transyluania noscit,
 Suecia languorum genitrix, & causa malorum
 Flebile noscit opus, noscunt & sanguine castra.
 Iam tutelares Diui, GENITRIXQUE perennis,
 Magna vocari quæ voluit REGINA POLONA
 Vincula GRACIADVM, Res commiserata dolendas
 Atque DEVS luctum miseratus, vota, precesque
 Eximit afflictam gentem, absoluitque, resoluit
 Sanguineas cædes, terrores, atque pericla,

G

Exemit

Marte, &
 Morielassis,
 & dormien-
 ribus de Pa-
 ce tractatur.

Pax de celo
 descendit,
 castra Polo-
 norum petit,
 & à Rege
 Polonia im-
 petrat Cra-
 couia, &
 Ciuium li-
 bertatem.

Exemit limbo vt Patres, Manesque beatos
 Aratas ceu inferni portasque reclusit:
 Sarmatiæ, atque acies aliæ defendere muros
 Ultra haud permittunt: Tunc REGI redditur auro
 Vrbs tanto indefesso custodita labore:
 Exigui nostri discedunt clade recepta,
 Puluere quam plures retinet sibi CRACIA Tellus
 Testaturos puluerulenta tributa ruinæ;
 Nos autem reliqui REGNUM hoc, Indosque remotos,
 Turcas, Germanamque Aquilam duplici ore timendam,
 Diuitis optatas Romani Tibridis vndas,
 Ac Mundum sperantes debellare superbi
 Vndique confracti crudelis funere sortis
 Pugnamus frustra, ac ingenti pluribus auro
 Extorto, extorquet nobis vitam, atque cruorem
 Frammea, furtorum culpas & vindicat æther.
 Principio rerum quisquis sis respice finem,
 Prospera ne fingas tibi, sed peiora putando
 Prospera dulcescent, monitus peiora repelles;
 Prospera si credes, & si peiora redundant
 Damna tuis captis restant coniuncta pudori;
 Ipse pudor solus pænarum est ferrea pæna,
 Addas si damnum puta pænarum addere totum:
 Perpetuo mortales nostra exempla monebunt;
 Mactamur cuncti rabie, vi, sanguine, vita
 Conantes Mundum, & cunctas subuertere gentes.
 Lechi captiuos Magnates agmine nostros,
 Atque Duces tollunt maiores carcere, cunctos
 Heroes reliquos commisit frammea tumbæ:
 Oh dolor, oh pudor, oh damnum immortale dolendum;
 Quales, quotque fuere, nequit describere lingua,
 Languentes turres passi, quot vulnera, cædes;
 Sæcula, posteritas, fama, & vox, scripta docebunt.
 Nos autem ille trucidat, nos hic sanguine mactat,
 Transfodiunt Lechi, obruncant, sternuntque, necantq;
 Ardescunt in nos, lacerant, figuntque, secantque,
 Effera vindicta, ira ruit, mors, & tela, ferrum,
 Igniferum nostros plumbum depascit, & artus,
 Hostilis tumulat nobis nec corpora tellus;
 Lechiadum ipsa memor furtorum frammea causas

*Exitus re-
rum contra-
rij, de libe-
rationibus
Suecorum.*

*Vir prudens
quomodo sibi
cauendum
in principio
arduarum.*

*Vini belli,
verum Sue-
carum in
Polonia,
operu.*

Iudicat

Iudicat & breuiter, peruersæ munera vitæ
 Supplicibus nobis nec dantur, turpiter vltro
 Cedimus, hostilique solo omnes cadimur hostes;
 Et quos non ferrum, quos non interficit ignis
 Pestis, languoresque, fames interficit atra.
 Immensas REGNI dotes, Gazasque POLONUM,
 Munera rapta DEO, vasa, & spolia aurea Templi,
 Magnum Templorum argentum, extremumque nitorem,
 Serica multo contexta ornamenta colore,
 Auro splendenti, miris fulgentia gemmis,
 Et mæstos cineres laesos, ac ossa sepulchris
 Visceribus terræ, manum exuuiasque silentum
 Sacrilegè raptas miseranda sorte vomendas.
 Sanguine sacrilego iustus vult RECTOR Olympi:
 Cedimus Imperio alterius mala parta cruore,
 Atque fuga tandem bellum concludimus ingens:
 Furtorum fugimus pænas furanda putantes
 Cadimur in furtis, libantes præmia furti
 Nudamur vita, & toto discrimine famæ;
 Sic blasphemantes nostrarum viscera MATRVM,
 Atque diem, ac horam, quæ nos genuere PARENTES
 Eternis orci flammis detrudimur omnes,
 Sic perijt nomen, nostræ sic gloria gentis.



C R A C O V I Æ,
 Apud Viduam & Hæredes CHRISTOPHORI SCHEDEL,
 S. R. M. Typograph. Anno Dñi, 1658.



Errata sic Corrige.

| Pagina, | Versus, | lege | |
|---------|------------------|------------------------------|----------------------|
| 2 | 3 | Niuebam | Viuebam |
| 2 | 11 | Bijcieß kijem | Biczyskiem |
| 5 | 11 | lachrimabile &c. c: c: c: c: | lachrymabile |
| 13 | 4 | Condonant | Donant |
| 13 | 8 | Mente | Mentes |
| 14 | 40 | Caternos | Coeternos |
| 15 | 8 | Transiluano | Transluano |
| 15 | 22 | Danaum | Danaum |
| 16 | 2 | securas | secures |
| 17 | 8 | lachrima &c. c: c: c: c: | lachryma |
| 20 | 3 | fuga virtus | fuga sed virtus |
| 21 | 5 | Primeuo | Primeuo |
| 21 | 23 | suum spernebat | suum vanum spernebat |
| 25 | 27 | saltem vobis | saltem mihi |
| 28 | 23 | Transiluania | Transyluania |
| 30 | 13 | Profligrare | Profligare |
| 31 | 2 | quareris | quereris |
| 33 | 26 | sceptrum | sceptrorum |
| 34 | 3 | si quidem | siquidem |
| 34 | 10 | welarmis | vel armis |
| 36 | 20 | Debellate | Debellate |
| 38 | 19 | Perueniut | Perueniunt |
| 38 | In margine prima | Tota Historie | Totam Historiam |
| 39 | 36 | vbi | Vrbi |
| 40 | 2 | sed nec | Nec dum |



